

Y B  
3644

CVIII, 50.

2-757







AD  
NATALEM  
GYMNASII HALLENSIS  
CLXXVIII

DIE XXVIII AVGVSTI  
HORA II POMERIDIANA  
IN AVDITORIO MAIORI  
CELEBRANDVM  
PATRONOS AC FAVTORES LITTERARVM

EA  
QVA PAR EST  
HVMANITATE ATQVE OBSERVANTIA

INVITAT  
PRAEMISSA  
RECTORVM HALLENSIVM POST  
EMENDATIONEM SACRORVM ANTE  
GYMNASIVM CONDITVM  
HISTORIA

IO. MICH. GASSER, SVINFVRTENSIS,  
GYMN. HALL. RECTOR.

---

HALLAE SALICAE  
TYPIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI  
ACAD. ET SENAT. TYPOGR.




Ogitanti mihi etiam atque etiam, quonam commentationis genere post renouatas a me *legum scholasticarum* tabulas gymnasii nostri natalem CLXXVIII celebrandum indicerem, visum est, cometarum portenta, maximos regnorum et rerum publicarum motus et conuersiones, arcanas regum principumque voluntates, aliaque rerum ciuiliū ardua momenta ingenti securitate prætermittere, atque ire ad *historiam* viorum cum eorum, qui *ante conditum gymnasium* scholis parochialibus ciuitatis Hallensis post repurgatam a pontificiorum corruptelis doctrinam euangelicam præfuerunt, tum illorum, qui inde a *gymnasii exortu* ad nostram vsque ætatem rem scholasticam administrarunt. Quem ad modum enim ex *legum scholasticarum* opere pulcherrimo, quibus scientiis, quibusque artibus ac moribus GYMNASIVM HALLENSE olim floruerit, satis cognosci potest: ita per quos viros, quam singulari pietate, exquisita doctrina, incredibili diligentia, mira sapientia, amplissima auctoritate præditos, schola nostra et cœperit, et creuerit, et inter tam multa aduersa adhuc perstiterit, ex *historia rectorum collegarumque* oppido constabit.

Hic adprime *salubre* et frugiferum equidem esse existimo, omnis exempli monimenta in plano posita intueri, vt inde sibi quisque suaque scholæ et cœtui quod imitetur, capiat, et in quibus singuli excelluere, in iisdem quoque omni studio elaboret, vitam denique eorum et rationes in administranda schola sibi proponens, animum et mentem suam ipsa cogitatione hominum præstantissimorum conformet. Neque ingratum me posteris facturum esse spero, si intellexerint, factam sibi esse copiam, ea plenius aliquando et cognoscendi et exponendi, quorum hic primas quasi lineas ductas esse cernunt. Et si enim b. GODOFREDVS LYDVICVS in *historia rectorum et gymnasiolorum* (a) aliquam huius historiae partem attigit: tamen is, præterquam quod *rectores solos* adduxit, nulla *collegarum* facta mentione, tum etiam iusto breuior fuit, et aliquando aliquid erroris admiscuit. Nos vero id operam dabimus, vt non *rectores* modo, verum etiam *collegas* omnes ac singulos, neque nomina tantum illorum, sed præcipua, quoad eius fieri potest, momenta quoque recenseamus. Indignum enim plane iudicamus, magistros pariter ac discipulos gymnasii nostri in earum rerum ignoratione versari, quarum cognitio præcipue ad illos pertinet: eorumque virorum memoriam oblitterari, qui optime de hoc bonæ mentis templo, immo re litteraria vniuersa promeriti omnium amore et admiratione constantissime colendi sunt.

(a) Part. II. p. 56 sqq.

E 7742 - 47 J



Habet

Habet porro hoc commentandi genus, vt omnis historiae descriptio, id *iucunditatis*, vt ipsa rerum occurrentium varietate sese in animos legentium mirifica suauitate insinuet, animosque illorum reficiat. Pulchrum enim est, tot clarissimorum virorum expressas imagines, tot politissima animorum ingeniorumque simulacra, tot eminentes consiliorum, virtutum, laborumque effigies pariter contemplari, ac tot prisca moris et disciplinae vestigijs vbique deprehensis, nostrum saeculum exigere ad exemplum piae doctrinae antiquitatis.

At sunt nonnulli summi viri, qui nihil ad se *rektorum collegarumque gymnasii Hallensis historiam* pertinere, nihilque huc adferri oportere dicant, nisi perfectum ingenio et elaboratum industria: quorum ego auctoritatem tantum abest, vt contemniam, vt primo loco mihi habendam putem. Enim vero hos ipsos ego tam benignos iudices futuros esse spero, vt, si cogitent, operam nostram omnem gymnasio nostro esse dicant, si etiam inueniant, hos ipsos viros, quos descripturi sumus, si minus omnes, certe quam plurimos, et theologos summos, summos iure consultos, summos medicos, summos philosophos, eximios item historicos et humaniorum litterarum principes fuisse, consilium et institutum nostrum haud reprehendant. Ad hoc arduum est, ita ad amussim omnibus placere, nemo vti sit, qui aliquid desideret: immo ipso tempore hominum iudicia mutantur, et quae olim displicuere, mox placere et probari incipiunt.

At poteris, inquis, a *tempore* argumentum petere: poteris de *victorijs Borussicis*, de *pace composita*, de *dubio atque incipiti Europaestatu* quaedam disse-rere. Etiam. Cui autem non dictus Hylas? Quisquamne vnquam pacem vituperauit? quis Borussicas victorias nescit? quis ab homine in vmbra pane nato atque educato tam grandia ciuillium rerum momenta postulet? Attamen ne et hic officio nostro deesse videamur: nonnullis GYMNASII nostri *ciuibus* id negotii dedimus, de rebus ab hoc tempore petitis vti declamarent. Namque

CHRISTOPHORVS IOANNES GOTTFRIED GVEINZIVS, Hallensis, Cl. I civ. de *communi Europaegaudio, ex pace inter regem nostrum augustissimum, et Hungariae Bohemiaeque reginam inita concepto*, verba faciet latine.

ALEXANDER GEORGIUS FRIDERICVS GVMPRECHT, Dubensis Misnicus, Cl. II civ. *Phaetontem gallicum* decantabit versibus germanicis.

CHRISTIANVS FRIDERICVS NEVHOFF, Sorbigenis, Cl. II civ. *cristas Gallorum deiectas* exponet, itidem versibus germanicis.

IOANNES FABIANVS BROEMME, Liscania-Magdeburgicus, Cl. I civ. de *adfectata Gallorum monarchia, quam dicunt, vniuersali* disseret lingua patria.

IOANNES SIGISMVNDVS IOHN, Hallensis, Cl. II civ. *malum consilium consultori pessimum esse*, ostendet carmine germanico.

Sed illuc reuertor. Constitui enim rectorum collegarumque vitas persequi, tum eorum, qui ante gymnasium institutum scholis parochialibus praeferunt, tum, qui a constituto gymnasio ad nostram vsque aetatem rem scholasticam apud Hallenses curarunt. (b) Duæ ergo sunt classes, quarum prima continet rectores, qui post repurgata ab fordibus pontificiis sacra ante gymnasii inaugurationem scholas Hallenses moderati sunt: (c) de quibus iam dicturi sumus.

## I. RECTORES A TEMPORE REFORMATIONIS HALLENSIS VSQVE AD CONSTITVTIONEM GYMNASII.

I. M. BENEDICTVS SCHVMANNVS, faustissimi nominis et omissis vir, primus post sacrorum emendationem *schole Vtriciane* rector fuisse legitur anno **MDCCCXXX**, (d) quo eodem anno, die **XXII** April. dominica Iubilate ab ipso **LVTHERO** Wittenbergæ sacris initiatus quidem, (e) sed anno demum sequenti **MDCCCXXXI**

(b) *Rectores collegasque Hallenses recenset D. GODOFREDVS OLEARIVS in Halygraphia topocronologica p. 89 sqq. eiusdemque continuatione p. 16 sq.*

(c) Et si enim dubium non est, quin scholæ singulæ præter rectorem suum alios etiam præceptores habuerint; immo certo constat, octo præceptoribus usam esse *scholam Marianam*: nusquam tamen vilius collegæ, nec rectoris quidem Mauritanii, mentionem inuenire licet. Vid. *programm. natalis. nostrum a. 1734 §. 9. 10.*

(d) *OLEARIJ Halygraphia p. 253 et progr. natalis. in annum 1734 §. 10.*

(e) *OLEARIVS l. c. et LVTHERI colloqu. mens. edit. Francofurt. ad Mænum per Petrum Schmid et Signundum Feyerabend, p. 132 tit. von Kirchendienern und Predigern. Dignus est locus, qui rotas huc transferatur: „Da Doct. Mart. L. Anno 1540 den 22 Aprilis am Sonntag Jubilate, M. Benedictus Schumann ordiniret, lasse er den Spruch Acto. 13. wie den zweyen Aposteln Paulo und Barnaba die Hände waren aufgelegt. Item Acto. 20. da S. Paulus zu Mileto die Bischöffe und Pfarrherrn warnete, daß sie sich hüteten sÿn Wolfen. Item das 3. Capitel, 1 Timoth. 3. und Tit. 1. wie ein Bischoff soll beruffen werden und geschickt seyn.*

Zudem sprach er: Mein lieber Benedicte, du bist verordnet von Gott, daß du ein treuer Diener Jesu Christi zu M. seyn solt, seinen heiligen Namen zu fördern, mit reiner Lehre des Evangelij, zu welchem wir dich durch Gottes Gewalt ruffen und senden, gleichwie uns Gott gesandt hat. Derhalben mache mit Ernst, sey fleißig, bit Gott, daß er dich in dieser hohen Vocation erbalten wolle, daß du nicht durch falsche Lehre, Kegeren, Secten, auch nicht durch deine eigen Gedanken möchtest abfallen, sondern in Gottesfurcht, treuen Fleiß, sittem Gebet solchs möchtest anhaben, und in Christo recht ausrichten. Das war das Hauptstück seines Gebets.

Darnach legt er die Hände auf ihn, und betet kniend das Vatter unfer über laut. Da man nun aufgestanden war, hub er seine Augen und Hände gen Himmel, und sprach: Herr Gott, himmlischer, Barmherziger, Vatter, der du hast geheissen beten, suchen und anknöpfen, auch zugesaget, du wollest uns erhören, so wir dich im Namen deines Sohns anruffen: auf diese deine Verheißung verlassen wir uns, und bitten, du wollest diesen Diener deines Worts Benedicium in deine Erndte senden, ihm beystehen, sein Amt und Dienst segnen, den Gläubigen die Ohren aufthun, zum seligen Lauff deines Worts, auf daß dein Name gepreiset, dein Reich gemehret, und die Kirch wachse, Amen. Darum wünsch ich dir, mein lieber Bruder, darzu Glück



cloioxxxxi die xxv Decembris ipso Christi natali, ecclesiae Vlricianae pastor constitutus, primum sermonem sacrum habuisse communi consensu traditur. (f) Sacerdotio igitur initiatus SCHVMANNVS rectoris prouinciam sustinuit, donec ad sacri muneris administrationem d. xxv Decembr. cloioxxxxi admitteretur: quandoquidem eum ipse OLEARIVS inter rectores ad annum cloioxxxxi primo loco nominat. (g) Cur autem facta initiatione non statim sacrum pastoris Vlriciani munus obiit? Sine dubio SCHVMANNO nostro a pontificiis impedimenta grauissima obiecta sunt, quo minus partes sibi demandatas exsequeretur. In priore igitur functione mansit, vsque dum difficultates, quae adhuc eum remoratae erant, atque opposita obstacula submouerentur. At quum domi SCHVMANNVM habere Hal-lenses, eumque iam sollempnibus carimoniis inauguratum: quid causae fuit, cur D. IOANNEM PFEFFINGERVM Lipsia expeterent, cur IVSTVM IONAM Wittenberga ad *pastoris Mariani* munus suscipiendum tanto studio arcesserent? (h) Aderat quidem SCHVMANNVS, sed ab *ecclesia Vlricana* iam vocatus atque ad hoc munus obeundum ab LVTHERO consecratus. Habuisset igitur ista res aliquid iniquitatis, si praeripere ecclesiae Mariana pastorem Vlricianae destinatum voluisset: praesertim quum spes adfulgeret non exigua, fore, vt cum libero sacrorum iure etiam SCHVMANNO suo potiretur ecclesia Vlricana; id quod non multo post euenisse scimus. Sic constitutus SCHVMANNVS pastor Vlricianus anno cloioxxxxi, IVSTVM IONAM fidelissime adiuuit, (i) tandemque multis miseriis et arumnis exantlatis anno cloiocli die x Septembr. decessit. (k) Quem in schola successorem habuerit, parum comperimus: nisi quod continuatam esse scholam Vlricianam vsque ad gymnasii constitutionem, iam alibi dictum est. (l)

Temporis, quo scholam Vlricianam post restitutam euangelii doctrinam SCHVMANNVS rexit, breuitas et iniquitas non tantum illi indulgere otii, animum ad scribendum impellere vt potuerit. Itaque praeter *carmen latinum*, quod in nuptias PAVLLI DOLSCII compositum est, et ab hoc auctore profectum videtur, nihil adhuc inuenire licuit. Opera pretium est, partem illam carminis, quam POLYCARPVVS LV-SERVS epistolae ad THOMAM GRENIVM missae anno cloiocci Cal. Sextil. inseruit, ex ipsius GRENII *Animaduersion. philol. et historiar.* P. XI p. 188 huc transscribere:

*Dulce tuum est nomen cunctis et amabile, DOLSCI,*

*Sunt magis ingenii dulcia dona tui.*

*Argolicis numeris comprehensa Dauidica scripta*

*Artificis summi sat graue sunt specimen.*

*Attica*

A 3

*Glück und Segen, daß du wandelst in Gottesforcht, und Vertrauen an den Herrn. Darnach sang man, Nun bitten wir den heiligen Geist etc.,*

(f) OLFARII *Halygr.* p. 78 et 253.

(g) *Halygr.* p. 89 et LVDOVICVS P. II pag. 56.

(h) VIT. LVDOV. A SECKENDORF *commentar. de Lutheranism*o libr. III sect. XXIII §. LXXXXI pag. 372 sqq. D. IO. MICH. HEINECCIUS *memor. secular. reformaz. praefat. historie.* p. 41.

(i) HEINECCIUS l. c. p. 75.

(k) HEINECCIUS *ibid.*

(l) *Progr. natalis.* 1734 §. 10.

*Attica concessit tibi Pallas quosque lepores:  
 Solus opes, DOLSCI, Cecropiasque tenes,  
 Consule iudicium Græcorum in fonte senescens  
 Seu Ioachime tuum, siue Philippe tuum.  
 Exhibita imperio romano dogmata nostra  
 Doctrina in græcum sunt resoluta stilum.  
 DOLSCIVS hos musis mæstis donauit odores:  
 Ingenium mæstum scripta diserta iuuant.  
 Colligeretque fauos nobis apis Attica plures:  
 Sed medicis studiis poscitur ille labor.*

II. M. EMERICVS SYLVIVS, vir præclara eruditione atque doctrina ornatus, primus purioribus sacris addictus rector ad ædem B. M. V. anno 1610XXXXI electus est. Quod quum inuito canonicorum collegio factum esset: in contentionem res venit; donec eodem anno inter senatum canonicosque omnis controversia utcumque composita est. (m) Ceterum de eo nihil compertum habemus præterea, nisi quod rectoris prouinciam anno 1610XXXXV depositam post SIBERVM et HORNICELIVM quasi postliminio receperit.

III. Successit M. ADAMVS SIBERVS anno 1610XXXXV. Lucem hanc adspexit anno 1610XXVI d. VIII Septembr. Patriam habuit Schœnauiam, pagum inter Cygneam et Schneebergam medium: patrem vero STEPHANVM SIBERVM, virum eruditum et probum, quem ADAMVS THEODORVS SIBERVS, Adami nostri nepos, reformata, h. e. ab LVTHERO mox emendata religionis pastorem in pagò Schœna nominat. (n) Puerilem eius ætatem pietate, litteris, bonisque moribus pater ipse domi imbuit, ac deinceps IOANNIS RIVII, Cygneæ in schola publica doctentis, fidei commisit: quem præceptorem suum mira ingenii sui venustate sic cepit, vt hic amore illi pater, ille pietate filius esset. Qua de re vsque adeo a magistro discipulus diuelli non potuit, vt illum Cygneæ Annæbergam abeuntem fecutus, ab eius ore atque ab eius latere haud facile discesserit.

Studiorum scholasticorum curriculo feliciter confecto, in academiam Wittebergensem digressus, LVTHERVVM, MELANCHTHONEM, IONAM, BVGENHAGIVM et CRVCIGERVVM audiuit: atque his ex sententia peractis Lipsiam deinde adiit, operam daturus CAMERARIO, (o) Ab his academiis reuersus primum *Annebergæ*, dein *Cala* in Thuringia docuit, et, si AVCTORI *chronici Schneebergensis* fides habenda, Cantoris officio *Schneebergæ* functus est. (p) ANNO 1610XXXXVIII *Freybergam* accessit primum Prorectoris seu Supremi (fasces scholæ tenente RIVIO,) deinde

(m) HEINECCIUS in *præfat. histor. de reformatione Hall.* p. 44.

(n) Vid. M. HENRICI AVGVSTI SCHVMACHERI, scholæ Grimensis Conrect. *historiam vite ADAMI SIBERI*, p. 9. 10. (o) SCHVMACHER *l. c.* p. 33. 34.

(p) SCHVMACHER p. 38. 40.

deinde ex schola in serenissimi Saxoniae ducis, HENRICI, aulam vocato RIVIO, rectoris munus obtinuit.

Ex schola Freybergensi (non Cygneensi, quemadmodum OLEARIVS (q) habet) *Hallam* nostram a MELANCHTHONE commendatus, vel potius literis SCHWEISSKERI et IOANNIS BEVERI COSS. per CHILIANVM GOLDSTEINVM, vrbis Syn- dicum, efflagitatus, r) venit c1010XXXV, scholæque ad B. M. V. adem prima- riam præfectus, prouinciam hanc vsque ad annum c1010XXXVIII ornauit. Hinc *Cbennitium* ad scholam regendam, et inde porro *Grimam* in scholam prouincia- lem vocatus a. c1010L die VIII Septembr. natali suo docendi initium, annoque c1010LXXXIII d. XXIII Sept. simul finem et institutionis et vitæ fecit, (s) annos natus LXVIII. (t)

Quam carus præter ceteros fuerit MELANCHTHONI, vel ex eo adparet, quod eum τῷ Θεῷ καὶ τῶς μὲσαις Φίλτατον adpellauit.

Quam plurima *ingenii sui monumenta* posteris reliquit. Namque

1. Labores eius sacri sunt, *commentarius scholasticus in pænitentiam Davidis et in vniuersum psalterium, passionale, sabbatum puerile, breuiarium christia- num, pietas puerilis et enchiridion pietatis puerilis.* (u)

2. In vsum puerorum conscripsit *gemmam gemmarum, margaritam scholasticam, ludum litterarum Chbennicensem, et de educatione disciplina puerilis scholasticæ.* (x)

3. In poeticis edidit *duas partes poematum sacrorum, epigrammata, librum tu- mulorum, sionia, lacrimas et tumulos recentes, gratulationes, epitbalamia, et duo volumina poematum Io Stigelii.* (y)

4. Plures libros inchoauit, sed morte præuentus perficere non potuit, quos filius AD. THEODORVS recenset. (z)

In effigiem eius ligno incisam carmen conscripsit M. CHRISTOPHORVS CAE- SAR, gymnasii Hallensis rector, quo potiora vitæ SIBERI momenta complectitur. Sic enim ille:

*Adiecit tredecim lustris tres integer annos:*

*Vita fuit studiis tota dicata piis.*

*Acta fuit trieteris ei vix sexta, docebat*

*Artes iam magna dexteritate bonas.*

*Propositumque decem premit hoc quinquennia fidus,*

*Nempe tot, optatos quot iubilæus habet.*

*Sedulus hoc aliquot ludos bene tempore rexit,*

*Cepit et Hallensis virgea sceptræ scholæ.*

*Continuos decimo ter lapso, quattuor annos*

*Illustrem docta rexit et arte scholam*

*Ad Mullam, cet. (a)*

III. Ex-

(q) *Halygraph.* p. 89 et 257. (r) OLEARII *Halygr.* p. 257.

(s) SCHVMACHER p. 64. (t) IDEM p. 320. (u) SCHVMACHER p. 162.

(x) IDEM p. 179. (y) IDEM p. 198. (z) IDEM p. 213. (a) SCHVMACHER p. 323 sq.

III. Excipit SIBERVM M. IOANNES HORNICELIVS, de quo præter nomen nihil nobis constat. Credibile autem est, illum indignissimarum vexationum metu, quibus tum Halla premebatur, rectoris munus simul et suscepisse et reliquisse. Quum enim verbi diuini præcones partim eieci, partim in custodiam iussu Cæsaris CAROLI V dati essent, et IVSTVS IONAS Hallæ nihil tutum cerneret; immo quum Archiepiscopus IOANNES ALBERTVS anno 1608 domesticos suos euangelicam doctrinam amplexos vi atque verberibus a sacris purioribus arceret: (b) facile est intellectu, non benigniore fuisse fortunam ludimoderatorum. Itaque schola ab HORNICELIO relicta,

V. M. EMERICO SYLVIO, qui iam antea miseris temporibus cedens provincia rectoris sponte se abdicauerat, iterum tradita est. *Qua enim (alia) causa commotus SYLVIVS provincia rectoris decesserit, et eandem post SIBERI successorem, M. IOANNEM HORNICELIVM, suscepit denuo, non liquet.* (c)

VI. Nunc ordo nos ad M. PAVLVM DOLSCIVM ducit: cuius vita tanto vberius exponenda est, quod viri etiam doctissimi, verum an fictum *Dolscii* nomen sit, dubitauere.

Natus est Plauizæ, Variscorum vrbe primaria, anno 1606. Quibus parentibus procreatus sit, nusquam relatum legimus. Fratrem vero AVGVSTINVM DOLSCIVM habuisse, ciuitatis Hallensis medicum publicum, commemorat B. M. IO. CHRISTIANVS GVEINZIVS: (d) illumque etiam inter medicos Hallenses recenset OLEARIVS. (e) Mortuus est AVGVSTINVS DOLSCIVS anno 1607. In schola patria ad omnem humanitatem ingenium PAVLI DOLSCI transductam, latinisque et græcis litteris sic excultum, vt mature et singulari cum fructu in academiâ Wittebergensem se conferre posset. Vbi quidem sic industriam suam exercuit, vt in philosophia pariter atque linguis sacris, hebræica et græca, multos antecelleret, fummosque in philosophia honores legitime consequeretur. Quumque græca optime calleret: animum inter medicinæ cognitionem mox adiecit, atque in ea arte breui tantum profecit, haud quaquam illis vri concederet, qui doctorum in arte salutari titulo sunt insigniti.

Interim accidit, vt Hallæ rectoris provincia denuo vacaret: quare ab communi Germaniæ præceptore, MELANCHTHONE, cui DOLSCIVS erat carissimus, Hallensium SENATVS amplissimus per litteras rectorem efflagitabat. Commendauit is dilectissimum sibi musicusque DOLSCIVM: qui proinde anno 1608, ætatis suæ XXV id muneris suscepit, et voce pariter ac scriptis scholæ egregie profuit.

Verum

(b) Vid OLEARII *Halygr.* p. 262 sq. et HEINELCH *præfat. de reform. Hall.* p. 63. 66.

(c) Ita iudicat SCHVMMACHERVS in *vita Siveri* p. 52.

(d) In *epistola de Augustana confessione PAVLI DOLSCI medici Hallens. cura græce reddita*, ad illustrem FRIDERICVM HOFFMANNVM 1608 p. 3. \*

(e) *Halygraph.* p. 63 de anno emortuali *ibid.* p. 35.

Verum enim vero non diu hac felicitate frui licuit scholæ Hallensi. Sponte enim anno c̄iōiōlx abdicato munere rectoris in Italiam profectus, Patavii *medicæ doct̄or* renuntiatus est. Hinc rediit Archiepiscopi Magdeb. SIGISMVNDI archiaterus ac ciuitatis Hallensis medicus publicus, physicum vocant, mox p̄garcha, tandem senator et consul anno c̄iōiōlxxx factus, eadem cum prudentia et dexteritate rempublicam, qua antea scholam, rexit. (f) Postremo tantis perfunctus honoribus diem obiit supremum d. VIII Mart. c̄iōiōlxxxviii anno ætatis LXIII. Ossa eius ac cineres seruat *cæmeterium Hallense*; atque effigiei ad viuum expressæ in pariete monimenti lapidi insculptæ non modo in tabula quadam ænea græcum hoc distichon subiectum:

Οὐ θάνον, ἀλλὰ βίον προλιπὼν κακὸν ἔυρον ἀμείνω

Ζῶ τε ἀμαρτοσυῶν ἅντα θεῶ καθάρως,

sed etiam paullo infra hæc scripta fuisse testatur M. IO. GODOFR. OLEARIVS in *cæmeterio Saxo-Hallensi*: (g)

„AMPLISS. V. D. PAVLVS DOLSCIVS COS. REIP.

„HAL. PIE OB. VII ID. M. MART. C̄IŌIŌXXCIX

„ÆΓΑΤ. LXIII.

„DOLSCIVS hac PAVLVS post fata quiescit in vrna,

„Qui doct̄or medica clarus in arte fuit.

„Præfuit ille scholæ, templis et fontibus, vrbi.

„Vixit, et ætheria viuunt in arce poli.,

Vxorem habuit ANNAM KOSTIAM, e stirpe *Kostia* adhuc florente in consule huius vrbs grauissimo, D. IOANNE GOTTHILF KOSTIO. Ex hoc matrimonio præter reliquos liberos filiam quoque sustulit BENIGNAM anno c̄iōiōlxiii d. v Ianuarii, primum CASPARI ZEISIO, reipublicæ Hallensis quæstori seu camera-rio, ac deinde post huius fata D. PAVLO HAHNIO, ciuitatis eiusdem syndico, nuptam. Decessit anno c̄iōiōcliii die xiiii Febr. ætatis primo et nonagesimo. (h)

Inter *virtutes* DOLSCI præcipue commemoranda est *liberalitas*: quippe fructus summæ cuiusdam pecuniariæ annuus tum *gymnasii*, tum *xenodochii* alumnis ac ceteris liberalium artium cultoribus testamento legauit. Cuius vestigiis insistens filia BENIGNA, non exiguam partem bonorum et litterarum cultoribus et ministris verbi diuini addixit laudabili instituto, cuius fructus hodieque percipiuntur. (i)

Ad *monimenta Do'scii litteraria* quod attinet, exarauit is

I. Μετάφρασιω ψαλλμῶ πεντηκοσῆ πρώτῃ ἔμμετρον, Wittebergæ anno c̄iōiōlii forma 8 impressam. (k)

B

2. Non

(f) Vid. *progr. natalit.* nostrum anno 1734 publicatum §. 9. n. 4. et b. M. IO. CHRISTIANI GVEINZII *epistolam laudatam* p. 3. (g) p. 57.

(h) OLEAR. *cit. cæmeter.* p. 57. 58. (i) GVEINZIVS in *epist. prædicta* p. 3. not.

(k) Vid. M. GEORG. LIZELII *bistor. poetarum græcorum Germania* p. 85.

2. Non minus poema græcum elegiacum vulgavit *εις τὰ σωωτήρια ἱησῶ τῆ λυτρωτῆ ἢ σωτήρος ἡμῶν*, Lipsiæ c1ο1ο1ιη. 8.

3. Integrum quoque psalterium prophetae et regis Davidis græcis versibus elegiacis reddidit, inscriptum: *Δαβὶδς προφήτης καὶ βασιλεύς μέλος, ἐλεγείος περιελημμένον ὑπὸ Παύλου τοῦ Δολσκίης Πλαέως*. Basileæ c1ο1ο1ν, 8.

4. Præcipuam vero laudem semper tulit DOLSCII *Augustana confessio* græce versa sermone soluto, quæ vice plus simplici edita est.

a) Basileæ c1ο1ο1viii, 8, sub titulo: *Ἐξομολόγησις τῆς ὀρθοδόξης πίστεως, τῶν ἐπιδιδασκῶν χριστιανικῆς, προσερχομένων Καρόλου τῶ τῶν Γαλαθῶν ἀποστόλου ἀνικητοτάτου, ἐν τῇ τῆ σεβαστῆ παρωνόμῳ τῆς Γερμανίας πόλει, ἔτει ἀπὸ τῆς χριστογονίας α φ λ, μεταφραζομένη ὑπὸ Παύλου τῆ Δολσκίης Πλαέως*.

b) Iterum excusa est in *actis et scriptis theologorum Wurtembergensium et Patriarchæ Constantinopolitani*, Wittebergæ anno c1ο1ο1xxxiiii, fol. a pag. 5-53.

c) Tertium iuris publici facta est Wittebergæ per *Zachariam Lehmannium*, c1ο1ο1xxxvii, sub titulo: *Confessio Augustana exhibita Carolo V imperatori invictissimo Cesari Aug. Ao. c1ο1ο1xxx, græce reddita a PAULO DOLSCIO Plauensi cet.*

d) M. PHILIPPVS GALLVS (Hahn) Hallensis, SS. theol. D. et metropolit. Magdeburgensis ecclesiæ Pastor in sua Augustana confessione *τετραγλώττω* hanc DOLSCII versionem græcam vna cum *hebraïca, germanica et latina translatione* Wittebergæ c1ο1ο1xxxviii denuo publicavit. (l)

e) Quinto M. HENRICVS OELSCHLEGELIVS in *Catechismo minori* p. 533. hanc A. C. versionem, sed pluribus additamentis auctam et omissis articulis abusuum recudi curavit. (m)

f) Porro eadem versio Dolsciana in GEORGHII CHRIST. EILMARI *Güldenem Kleinod*, Brunswigæ 1701 recusa habetur. (n)

g) Nouissime M. CHRISTIANVS REINECCIVS, illustris Augustei rector et P. P. non solum hanc versionem græcam P. DOLSCII solutam, cum verbis germanicis simul et latinis, sed etiam LAVRENTII RHODOMANNI metaphrasin græcam metris ligatam c1ο1ο1cccxxx Lipsiæ, in 8 prodire iussit.

5. Nec prætereundus silentio est *Ecclesiastes Salomonis*, carmine græco elegiaco redditus, et typis exscriptus Lipsiæ c1ο1ο1viii, 8. Inscriptio græca ita habet: *Ἐκκλησιαστής Σολομώντος ἑμμέτρως μεταφραθεὶς ὑπὸ Παύλου τῆ Δολσκίης Πλαέως*.

6. Edi-

(l) HENNING. WITTEN. *memor. theol. dec. I* p. 87. M. 10. CHRIST. GVEINZII diatribe *de A. C. interpretatione hebraica*, curavit PHILIPPO GALLO.

(m) Vid. M. CHRISTIAN. REINECCII *exercitui. hist. de A. C. græce reddita a P. Dolscio*, §. 8 not. 54 p. III. 775.

(n) Vid. M. 10. CHRISTOPH. KÖECHERI *par. miraculorum A. C.* p. m. 7. not. \*\*.

6. Edidit quoque *selecta quaedam ex Luciano opuscula, et diversorum auctorum epistolas græcas*, Lipsiæ anno c1010LXVIII, 8, in vsum scholæ Hallensis.

7. Postremo mentio quoque iniicienda est *Ecclesiastici*, quem græcis elegit indutum Lipsiæ anno c1010LXXI, 8, in publicum exire iussit DOLSCIVS, sub titulo: *Σοφία ἢ πανάρετος Ἰησῆ τῆ Σειραχ, μεταΦρασαδῆσα μὲν πάλαι δι' ἐλεγγείων, νῦν δὲ τὸ πρῶτον ἐκδοθῆσα ὑπὸ Παύλου τῆ Δολσκίς, Πλαέως.*

Ceterum vitam DOLSCI pluribus exposuit IOANNES GEORGIUS KIRCHNERVS, Collega gymnasii nostri quartus, patriæ historiæ scrutator diligentissimus, mihi que amicissimus: qui, quod grata mente agnosco, non modo quæ ad DOLSCIVM, verum etiam ad vniuersam rectorum Hallensium historiam pertinent, multa mecum communicauit: Is, inquam, singillatim DOLSCI vitam persecutus est, in scriptiōne nondum diuulgata.

VII. In P. DOLSCI locum subrogatus est M. MICHAEL IERINGIVS, c1010LX. (o) Terræ Altenburgensis oppidulum, Schmolla nomen est, genuit eum atque aluit. Optimarum litterarum tirocinii depositus in academiam Wittebergensem commigravit, ibique studio theologico et philosophico operam dedit. Post relicta studiorum matre Witteberga primum Hallæ aliquantulum temporis in ludo litterario docuit, deinde in valle Ioachimica Marchiæ rector factus, inde vero, Petro ab Hænstedt et Andrea Drachstedt COSS. Hallam rursus ad capessendos fascēs scholasticos reuocatus est. Hic ita omni officio satisfecit IERINGIVS, vt ipsi collegisque ipsius senatus Hallensis testimonium pietatis, eruditionis et fidei impertiuerit. Scholæ Marianæ postremus et gymnasii tum nascentis primus rector fuit. (p)

His ergo septemuiris res scholastica Hallensis ante inauguratum gymnasium post doctrinæ euangelicæ restitutionem stetit: de reliquis *inde a condito gymnasio* ad nostram vsque ætatem tum *rectoribus*, tum *collegis* alio tempore dicitur.

Iam nihil aliud superesse video, quam vt tironibus nostris declamaturis frequens auditorium conciliem: quare vt ciuitatis huius PROCERES, omnesque, qui bonas litteras amant, crastino die hora II pomeridiana IN AUDITORIUM MAIORI frequentes congregentur, dicturisque adolescentibus beneuola attentione nouum in litterarum studiis calcar addant, ac diei sollempnitatem augeant, obseruantissime rogamus.

B 2

IN-

(o) OLEAR. *Halygraph.* p. 274.

(p) *Program. natalis.* anno c1010CCXXXIII § 9. n. 5. HEINECC. *prefat. ad memor. reform. Hall.* p. 79. ANDR. CHRISTOPH. SCHVARTI *Denkmahl der Kirche S. M<sup>o</sup>ris* pag. 1. 82. 19.

# INDEX RECTORVM A CONDITO GYMNASIO VSQVE AD HANC AETATEM.

- I. M. MICHAEL IERINGIVS, Smolla - Misnicus. 1565.  
 II. M. IACOBVS FABRICIVS, Chemnicensis. 1567.  
 III. M. IOANNES APICIVS, 1568.  
 IIII. M. IOANNES RIVIVS, Annæbergensis. 1571.  
 V. M. IOANNES LADISLAVS, Dresdensis. 1576.  
 VI. M. GEORGIVS (GREGORIVS) KRÛGERVS, 1582.  
 VII. M. CHRISTOPHORVS CAESAR, Iglaiensis Borussiae. 1584.  
 VIII. M. IOANNES AESCHARDVS, 1604.  
 VIII. M. SIGISMVNDVS EVENIVS, Nauena - Marchicus, 1613.  
 X. M. SEBASTIANVS CRELLIVS, 1622.  
 XI. M. CHRISTIANVS GVEINZIVS, Gubena - Lusatus. 1627.  
 XII. M. CHRISTIANVS FRIDERICVS FRANCKENSTEIN,  
Lipsiensis. 1650.  
 XIII. M. FRIDERICVS CAHLENVS, Glauchensis. 1652.  
 XIII. VALENTINVS BERGERVS, Ordruio - Thuringus. 1659.  
 XV. M. IOANNES PRAETORIVS, Quedlinburgensis. 1675.  
 XVI. M. IOANNES IAENICHEN, Camenzia - Lusatus. 1705. (\*)  
 XVII. IOANNES MICHAEL GASSER, Suinfurto - Francus. 1732.

(\*) Quorum si quis præter ea, quæ GODOFR. LVDOVICVS *lib. cit.* habet, cognitione aliqua instructus est: beneuole vt nobiscum communicet, enixe rogamus.





AD AVDIENDAS  
ORATIONES DVAS  
IN  
NVPTIAS ILLVSTRISSIMAS  
CAROLI  
LOTHARINGICI  
ET  
MARIAE ANNAE  
AVSTRIACAE

A. D. V̄II IDVS IANVAR. cIoIcccxxxiiii

IN  
AVDITORIO PRIMAE CLASSIS  
GYMNASII HALLENSIS  
PVBLICE RECITANDAS  
PATRONOS FAVTORESQVE SCHOLARVM  
PEROFFICIOSE INVITAT

PRAEMISSA  
RECTORVM A CONDITO GYMNASIO  
HEPTADE PRIMA

IO. MICHAEL GASSER, SVINFVRTENSIS,  
GYMN. HALL. RECTOR.

---

HALLAE SALICAE

TYPIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI ACAD. ET SENAT. TYPOGR.

AD AVDIENDAS  
ORATIONES DNAS  
IN  
NUPTIIS ILLESTRISSIMAS  
CAROLI  
LOTHARINGI  
ET  
MARIAE ANNAE  
AVSTRACAE  
A. D. MDCCCXXXIII  
AVDITORIUM PRIMUM CLASSIS  
GYMNASII HALLENSIS  
PUBLICE REGIT ANNA  
PATRONOS AVTORESQVE SCHOLARVM  
ERRORICIOS INVTAT  
PRAEMISSA  
RECTORVM A CONDITO GYMNASIO  
HECTADE PRIMA  
IO. MICHAEL GASSER, SVINTVRSIS,  
GYMN. HALL. RECTOR

HALLAE SAECVLE  
EDITIONIS FRIDERICI GVNERTI ACAD. ET REGAL. TYPOG.





Xposuimus breui commentatione anno c<sup>o</sup> dccxxxiii diuulgata *de quorundam vita rectorum Hallensium, qui post sacrorum instaurationem scholæ parochialibus ante constitutum gymnasium præfuere.*

Vidimus BENEDICTVM SCHVMANNVM, scholæ Vlcicianæ rectorem, eundemque cognominis ecclesiæ mox antistitem: vidimus EMERICVM SYLVIVM, primo Mariani ludi moderatorem, deinde anno c<sup>o</sup> loli decanum Leimbacensem, post Wippræ in comitatu Mansfeldensi pastorem, tandemque in turbis Flacianis sacerdotio priuatum, grauissimeque in summa senectute vexatum: (a) vidimus ADAMVM SIBERVM, Hallensis, Chemnicensis et Grimensis scholæ rectorem; IOANNEM HORNICELIVM, PAVLVM DOLSCIVM illum, medicum ciuitatis publicum, archiatrum, fenatorem et consulem; MICHAELEM denique IERINGIVM, scholæ Marianæ vltimum, gymnasiique primum rectorem vidimus.

Itaque nunc ordo ad eos nos ducit

## II. RECTORES, QUI POST GYMNASIVM CONDITVM REM SCHOLASTICAM CVRAVERE.

I. Hic ad se me reuocat M. MICHAEL IERINGIVS, qui IANI bicipitis instar hac fronte scholarum triualium exitum, illa gymnasii ortum spectauit, huiusque quasi cardinem vertit.

In lucem hanc editus est Smollæ, agri Altenburgensis oppido, c<sup>o</sup> lxxxvi. Pueritiam eius instituere scholæ patriæ præceptores, adolescentiam Cygnea, in qua PETRI PLATEANI, viri vt emendati et grauis, ita in primis docti disciplinæ seueriori fideique traditus est. Ab hoc imbutus optimis litteris Wittebergam, tamquam ad mercaturam honestarum artium, discessit, LVTHERVUM, MELANCHTHONEMQUE auditorus, ab iisque exemplum petiturus solidæ doctrinæ. A quibus quum diuinas humanasque scientias auide accepisset, propter belli Smalcaldici tumultum Witteberga relicta, primo Querfurtum concessit, ac deinde Hallam, certaminis interimistici grauissimæque obsidionis Magdeburgicæ tempore, anno c<sup>o</sup> lxl vocatus commigrauit, et in schola publice docere cœpit. Anno c<sup>o</sup> lxlviii in vallem Ioachimicam ad fasces scholæ suscipiendos viuo adhuc et spirante MATTHESIO abiit: sed biennio post in DOLSCII locum anno c<sup>o</sup> lxlx scholæ Marianæ repetitus rediit. Vbi quum

C 2

annos

(a) Vid. Progr. in natal. gymn. Hall. c<sup>o</sup> lxxxviii von den löblichen Schulordnungen der Stadt Halle, S. 2. (c)

annos quinque summa fide et industria iuuentutem formasset: factum est, ut anno c<sup>lo</sup> c<sup>o</sup> lxxv *gymnasii recens conditi primus rector* constitutus, A. D. xvii Augusti in ludum hunc maiorem faustis auspiciis introduceretur. (b)

Eodem anno sacrorum *ecclesie Mauricianae antistes et gymnasii scho-larcha* factus, quadraginta annos in dei oraculis explicandis pure casteque, in iisdem vindicandis acriter, in confirmandis fortiter versatus, errores feliciter profligauit, insidias aduersariorum callide detexit, disciplinam ecclesiae seuerè rexit, Formulæ Concordiæ intrepide subscripsit, atque omnino vidit, ne quid res pariter ecclesiastica ac scholastica detrimenti caperet. (c) Tandem ministerii senior et theologus semisæcularis (d) obiit anno c<sup>o</sup> c<sup>o</sup> c<sup>o</sup> lxxviii, die xxx Jul. anno a tatis lxxviii.

Epitaphia eius exhibet M. IO. GOTTFR. OLEARIVS in *cæmeterio Hall.* p. 149 et 174 it. D. ANDR. CHRISTOPH SCHVBARTVS l. c. add. *Halygraph.* p. 83 sq.

Superstitem habuit vxorem REBECCAM, singularis exempli feminam, quæ ministerio ecclesiastico ad conciones catecheticas habendas ducentos Florenos Misnicos, gymnasioque alios centum ad subleuandos pauperes alumnos testamento legauit.

IERINGIO in prouinciam scholæ regendæ successit

II. M. IACOBVS FABRICIVS, Chemnicensis, sed anno demum c<sup>lo</sup> c<sup>o</sup> lxxvii. (e)

Natale solum IACOBVS noster FABRICIVS habuit Chemnicium, Misniæ urbem haud ignobilem; parentes GEORGIVM GOLDSCHMIDT, qui et ipse aurifabri artem exercuit, et matrem MARGARETAM, Pisonis filiam; fratres autem GEORGIVM, illustris ludi Misenenis rectorem celebrimum: (f) BLASIVM, qui ingenti cum laude, ac non minore fructu docuit in celebratissimo Argentinensium gymnasio, ibique typographiam instituit, ac deinceps Busweileræ iuuentutis rexit studia: (g) ANDREAM, qui primum scholæ Northusanæ rector ab anno c<sup>lo</sup> c<sup>o</sup> lxxiii et ad D. Petri pastor, aduersariorum impulsu in exsilium eiectus, at non multo post ab Islebensibus ad D. Nicolai ædem vocatus, ore pariter ac scriptis doctrinam caelestem disseminauit, tandemque peste absumtus est anno c<sup>lo</sup> c<sup>o</sup> lxxxvii. (h)

IACOBVS summa doctrinæ laude florens post GEORGIVM inter fratres

(b) OLEARII *Halygr.* p. 280 sq. it. *Iubil. scholast.* p. 95.

(c) Vid. SCHVBARTI *Denkmaal der Kirche zu St. Moritz*, p. 1282 sqq.

(d) Vid. IO. MATTHIÆ GROSSI *Lexic. historic. theol. semisæcul.* P. I. p. 201 sq.

(e) OLEAR. *Halygr.* p. 90.

(f) Cuius *vitam* singulari studio concinnauit M. IO. DAVID SCHREBERVS, prouincialis scholæ, quæ Misenæ est, Conrector, Lips. c<sup>lo</sup> c<sup>o</sup> lxxxvii, §.

(g) SCHREBERVS l. c. p. 10 sqq.

(h) SCHREBERVS l. c. p. 28 sqq.

tres eminuit. En ipsius GEORGII de fratribus iudicium! ELASIVS, inquit, ipsa natura bonus est, rectus est, simplex est. IACOBVS ingenio vincit, studiosus, alacer, callidus, et amabili modestia. ANDREAS austeros et subtiles impetus habet, musica delectatur. Carmina scribunt omnes, IACOBVS meliora, ANDREAS plura. (i) Dedit Argentorati bonis litteris operam: vnde discedens anno 1602 diligentia singularis, doctrinae eximia, probitatis praeter ea omnisque virtutum testimonium ab excellentissimo STVRMIO impetrauit.

Plurimas ac nobilissimas Europae regiones, Germaniam, Italiam, Galliam, Angliam atque Belgium cum nobili adolescente ALBERTO EEELEBIO lustravit (k) Tandem gymnasii Hallensis rector factus insigni cum fructu iuventutem scholasticam instituit: quod praeter CONRADVM PORTAM GEORGIVS subinno in dedicatione *trium prudensium hymnorum*, quos cum sua expositione anno 1608 euulgavit ad LEONHARDI ZEISAE, consulis Hallensis, et PAVLLI DOLSCII, medici et senatoris Hallensis, filios, qua eos hortatur, vt IACOBI FABRICII, praceptoris sui, monitis, et parentum optimorum exemplis nitantur ad pietatem, verecundiam et eruditionem. (l) Naturae debitum reddidit anno 1612.

Hic monuit cl. SCHREBERVM b. LVDOVICVS, (m) scrupulumque voluit eximi, qui factum sit, vt GOD. OLEARIVS rectoris apud Hallenses munus anno 1608 ad M. IO. APICIVM translatum dicat, quum FABRICIVS tamen anno demum 1612 mortuus sit, et in Euphemia, BASILII FABRI *Thesauri* anno 1611 praemissa, studiorum iuventutis gubernatorem in ludo inclito Hallae Saxonum se ipse nominet. Qua re circumspectis rationibus omnibus sic iudicat SCHREBERVS: quum in carmine FABRI *Thesauri* addito rectorem se dicat IACOBVS; et in collectione epitaphiorum fratri scriptorum GEORGIO, quae Lipsiae 1611 exiit, IO. NAEVIO hanc inscribens illa verba: *Hallae Saxonum e ludo*, adponat; ad haec CONRADVS PORTA in oratione laudibus ANDREAE FABRICII dicata, IACOBVM in Salinis Saxonici vsque ad mortem studiis iuventutis plurimum testetur profuisse: non possum, quin versatum in errore fuisse existimem OLEARIVM, quum IO. APICIVM spartam suam a 1608 ornare coepisse scribit; nisi credere velimus, forte propter virium infirmitatem adiutorem IACOBO datum fuisse APICIVM. (n)

Parum, quod constat, scripsit, praeter *carmina* nonnulla. Fratris enim GEORGII *historias* 1613 editas, versibus, et poematum eiusdem nouam collectionem, quae a. 1617 prodit, hendecasyllabis ornauit.

(i) SCHREBER l. c. p. 14.

(k) SCHREBER. p. 17. 18.

(l) SCHREBER. p. 27.

(m) *Histor. rector. et gymnas. P. II. p. 59.*

(n) SCHREBERVS p. 27, 28.

Præter ea epicedia fratri GEORGIO a clarissimis viris scripta a. cōsōlxxi edidit, et IOANNI NÆVIO, Saxonix electoris medico, ode quadam Hallæ elaborata consecrauit. (o)

FABRICIO iungit OLEARIVS (p)

III. M. IOANNEM APICIVM, quem sequitur etiam LVDOVICVS. (q)

Sed si verum est, quod nemo dubitat, FABRICIVM anno cōsōlxxii demum e vita migrasse, et M. IOANNEM RIVIVM iam anno cōsōlxxi ad scholam regendam accessisse: (r) aut loco cedere oportebit APICIVM, aut dicendum erit, eum, superstitute adhuc IACOBO FABRICIO, rebus humanis ereptum esse. Itaque ab FABRICIO lampada accepit

IIII. M. IOANNES RIVIVS, philosophi et theologi celeberrimi, IOANNIS RIVII, Atthendoriensis, (s) filius, Annæbergæ natus. Primo Cizensem scholam rexit ab anno cōsōlxxx vsque ad a. cōsōlxxiii: inde Hallam vocatus eidem muneri præfuit ab anno cōsōlxxi. (t) Postremo cōsōlxxxiiii Rigenis ei scholæ inspectio fuit commissa. (u)

Ad manus est EIVSDEM *locorum communium philosophicorum* tomus primus, editus Glauchæ, suburbio salinarum Saxonicarum, anno cōsōlxxviii in fol.

Pergo iam V. ad M. IOANNEM LADISLAVM, Dresdensensem, qui e Schleusingensi ludo (x) ad Hallensem a. cōsōlxxvi die III Oâobr. vocatus, sed a. cōsōlxxvii d. xxiii April. introductus est. (y)

Subscripsit non solum Formulæ Concordiæ, sed etiam *Pacificationi relig. Hallensi*, tunc temporis confectæ: qui subscriptionis mos adhuc servatur. Denique in illustrem scholam Misensem vocatus ab a. cōsōlxxxii vsque ad cōsōlxxxvii munere mandato functus, tandem cum Collega III, ABRAHAMO SCHADENIO, quod Calvinianæ doctrinæ semet addixerat, de provincia sua iussus est decedere. (z)

Græ-

(o) SCHREBERVS p. 28.

(p) *Halygr.* p. 286.

(q) *Histor. rector. et gym.* P. II. p. 60.

(r) OLEAR. *Halygr.* p. 290.

(s) Cuius vitam descripsit MELCHIOR ADAMVS in *vit. philosoph.* p. 60 sqq. edit. in fol. in 8uo autem p. 147 sqq. GOTTF. LVDOVIC. in *histor. rector. et scholar.* P. V. p. 124 sqq. SCHREBERVS in *vita Georgii Fabricii* p. 35 sqq. add. p. 241, 242. SCHVMACHER in *vita Adami Siveri* p. 23 sqq. 282. et in Misiam merita per compendium exposuit IO. BVRC MËCKENIVS in *diss. de gr. et lat. literar. in Misnia instauratoribus*, Lipsiæ cōsōccti habita.

(t) OLEAR. *Halygr.* p. 90 et 190.

(u) LVDOVIC. *hist. reft.* P. III. p. 197. P. V. p. 132.

(x) LVDOVIC. *hist. reft.* P. I. p. 142. P. II. p. 60 sq.

(y) OLEAR. *Halygr.* p. 298.

(z) Vid. *series collegarum et præceptorum prouincialis ad Albim scholæ* subiunctam *vixæ G. Fabricii* a cl. SCHREBERO conscriptæ, n. 5.

Græce doctum fuisse, testatur inter alia carmen eius græcum, quod in IO. CLAH *precation. libr.* post dedicationem legitur, edit. anno c'loclxxxviii. Reliqua videri possunt in LVDOVICI *hisor. rect. et schol.* P. I. p. 142 et P. II. p. 60 sq.

In LADISLAI locum subrogatus est

VI. M. GEORGIVS (al. GREGORIVS) KRVGERVS a. c'loclxxxii, quum M. BARTHOLOMAEVS FRENZELIVS Bernburgo aduocatus venire nolisset. (aa)

Numerum nunc septenarium claudat

VII. M. CHRISTOPHORVS CAESAR, Iglauix in Borussia natus c'loclxxxx, die xxiiii April.

Primo correctoris munus sustinuit a. c'loclxxii, deinde rector factus a. c'loclxxxiiii. Formulæ Concord. subscripsit, optimeque de gymnasio nostro meritus, (bb) ingentem nominis famam consecutus est. Vita excessit a. c'loclcmii, die xvi Aug. et sepultus est die sequenti, ipso gymnasii natali. (cc)

Ex filiis eius inclaruit IOACHIMVS CAESAR, principis a consiliis aulæ Magdeburgicæ, (dd) qui *scrutinium ingeniorum* ex Hispanica in latinam linguam transtulit sub nomine AESCHACH MAIORIS. (ee)

Reliqua, quæ ad CAESAREM pertinent, praterire me chartæ angustia iubet. (ff)

Hic enim nimirum subsistendum, atque ad illam commentationis partem veniendum est, quæ nos maxime ad hanc scriptionem impulit.

Namque dum ORATIONIBVS SOLLEMNIBVS labores publicos postridie *Επιφανεας* in gymnasio nostro denuo auspicari moris est, et in eum ipsum diem illustrissimæ CAROLI LOTHARINGICI et MARIAE ANNAE AVSTRIACAE incidunt nuptiæ: non diu, quam dicendi materiam tironibus nostris proponerem, deliberandum, sed in SERENISSIMAE DOMVS LOTHARINGICAE laudibus commemorandis cogitationes nostras defigendas esse, merito existimauius. Itaque ex ordine gymnasii primo

IOAN-

(aa) OLEAR, *Halygr.* p. 306.

(bb) Vid. *Progr. natalis.* ad ann. c'locccxxxvi, §. 5. not. n.

(cc) OLEAR, *Halygr.* p. 348.

(dd) OLEAR, *Halygr.* p. 114.

(ee) *Programma natalis.* ad an. c'locccxxxvi, §. 5. not. n. add. celeb. IOECHER *Lexic. erudit.* voce CAESAR.

(ff) Interim conferri merentur auctores a GODOFR. LVDOVIC. in *hisor. rect.* P. II. p. 61. excitati.


IOANNES GOTTFRIED WAGNER, Sorbigensis,  
*de meritis Carolorum Lotharingicorum in domum Austriacam*  
 oratione latina, et

IOANNES CHRISTIANVS KAESTNER, Dubensis Saxo,  
*de nuptiis Caroli Lotharingici cum Maria Anna Austriaca, ut virtutis*  
*et victoriarum maximarum fructu longe exoptatissimo,*  
 versibus germanicis disserent.

Ad quos audiendos ut frequentes conueniant PATRONI ac FAV-  
 TORES SCHOLARVM, praesentiaque sua gymnasii discipulos ad maiorem  
 in litterarum studiis ardorem accendant, ipsi autem actui amplio-  
 rem concilient splendorem ac dignitatem, obseruan-  
 tissime rogamus.

---

P. P. HALLAE MAGDEBURGICAE D. VI IAN. c1o1occcxxxiii.





HOMINVM OMNIVM  
PVLCHERRIMVM

CIRCA  
SOLLEMNIA  
QVIBVS

CHRISTI  
IN LVCEM EDITI

MEMORIA CELEBRATVR

S A C R A

AVDITORIBVS SVIS

CONTEMPLANDVM

ORATIONIBVSQVE

CELEBRANDVM  
INDICIT

PRAEMISSA

HISTORIAE DE RECTORIBVS  
GYMNASII HALLENSIS  
CONTINVTIONE.

IOANNES MICHAEL GASSER SVINFVRTENS.  
GYMNASII HALLENSIS RECTOR.

---

HALLAE SALICAE

TYPIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI ACAD. ET SENAT. TYPOGR.  
MDCCXXXIII.



Vperiore anno *rektorum a condito gymnasio Hallensi historiam breuiter et strictim enarrare cœpi: vbi pulcrum fuit et iucundum, celeberrimæ olim scholæ ortum et incrementa, viros item, per quos illa ex tenui florentissima facta est, velut in tabella perspexisse.*

Primus ex illis, quos tum adduximus, septemviris fuit M. MICHAEL IERINGIVS, postremus M. CHRISTOPHORVS CAESAR, par in primis memorabile: ille enim gymnasium nasci, hic renasci; ille sollempni ritu institutum, hic saluberimis legibus constitutum vidit. Vterque eodem anno eodemque in loco publico nuptias celebravit (a): vterque etiam eodem anno vitæ exitum habuit (b).

Inter hos mediï fuere M. IACOBVS FABRICIVS, M. IOANNES APICIVS, M. IOANNES RIVIIVS, M. IOANNES LADISLAVS (c), et M. GEORGIIVS KRUGERVS.

Iam

(a) Scil. anno 1575. OLEAR. *Halygr.* p. 296. „Die erste Hochzeit auf der neuen Waſſe hat Balthasar Freudemann, Rathsmeyſter, Balthasar Freudemanns Sohn, mit Catharina, Lorenz Grefen Tochter, die andere der Pfarr zu St. Moritz, M. MICHAEL IERINGIVS, und die dritte der Conrector oder secundus in der Schule, M. CHRISTOPHORVS CAESAR, gehalten.“

(b) Anno 1604: ille d. xxx Iul. bis d. xvi Augusti. OLEAR. *Halygr.* p. 348.

(c) Hic LADISLAVS ante scholastici muneris ingressum *ordinum militarium ducator ac centurio* fuisse perhibetur: sed incerto auctore. Hic quæso te, lector humanissime, vt hoc loco illa me inserere patiaris, quæ Vir summe reuerendus ac doctissimus, mihi que amicissimus, M. FRIDERIC. GOTTFRIED ELTESTE, gymnasii nostri quondam alumnus dignissimus, nunc ecclesiæ Sorbigensis Archidiaconus optime meritus, de LADISLAVO hoc beneuole mecum communicauit, id quod præ me ferre, gratumque ob id animum publice testari volui. Ita vero ille: IO. LADISLAVS, Rector in der Fürsten Schule zu Meissen, war in der lateinischen und griechischen Sprache ein wohlversahener und geschickter Schulmann, geboren zu Dresden, der dem Publico bereits sehr gute Dienste gethan: statemalen er sowohl zu Schlenfingen in Francken, als auch zu Halle in Sachsen, den Schulen mit grossem Nutzen der Lernenden, als Rector, vorgestanden hatte; weswegen auch Churf. Durchl. bewogen worden, ihn zu gleicher Sta:

Iam transire cupienti ad ceteros mihi manum quasi iniicit, meque (nec inuitum) in se morari cogit M. CHRIS IOPHORVS CAESAR, vir in tantum laudandus, in quantum optima iuuentutis scholasticæ institutio intelligi

D 2

et

Station in die Fürsten-Schule nach Meissen anno 1582 den 27 Martii zu berufen. Allein hier ließ er seine Klauen gar merklich sehen: sintemalen er sich nicht allein selbst verführen, sondern auch zur Verführung seiner Untergebenen gebrauchen ließ, (wie davon in des sel. STRIGENTII Schul-Pred. deutliche Klagen zu befinden) und wieder die unschuldigen Kinder treuer und beständiger Lehrer, die seiner verführerischen Lehre widersprochen, heftig wütete. Wie denn in des Herrn Z E C K L S Bischoffswerd. Chronie p. 327 befindlich, daß er Caspar Cummern, seinen damaligen Discipel, (der hernach Pastor zu Puzkau worden, und daselbst 1637 selig verstorben) wegen seines Vaters, Pfarrers zu Ortrand, Anti-Calainiani, sehr übel tractiret. Als er nun sahe, daß denen damaligen Calvinisten ihr Muthwillen so glücklich von statten gieng, und viel treue Lehrer aus dem Lande dimittiret wurden: bezeugete er seinen sonderbaren Wohlgefallen darüber; und da ihn Kluge und verständige Leute erinnerten, er möchte sich doch besser vorsehen, und bedencken, daß es auch mit ihm ein schlechtes Ende nehmen würde, wenn sich das Blat wenden solte, gab er ihnen freventlich zur Antwort: Er und seine Glaubensgenossen hätten sich eher nichts wiedriges zu befahren, bis sich die Elbe umwendete, und ihren Lauff von Meissen nach Dresden zu nähme. Da sich nun nach dem Tode des Churfürsten fügte, daß im Januario 1592 eine grosse Eisfahret ward, daß sich das Eis an die Brücke zu Torgau in Schutz legte, folglich das Wasser sehr weit von Strehla herauf thürmete: schrieb ihm ein ehrlicher von Adel dieses zu, und erinnerte ihn seiner vor-maligen Reden; gab ihm auch zugleich den Einschlag, er möchte sich nun immer ein Paar neue Schuhe kaufen, und seines Weges wandern, ehe man ihn gehen hieß\*. Er erwartete aber die Execution, und ward von den Herren Visitatoribus nebst seinem Collegen M. ABR. SCHADAEIO, der in gleicher Verdammniß mit ihm war, anno 1592 den 26 Ian. seines Amts entsetzet. Von hier gieng er in die Pfalz, und ward an dem Pädagogio zu Amberg Professor, in welchem Amte er auch anno 1603 noch gelebet. Von ihm und seinen Schriften kann sonst nachgelesen werden des sel. D. GOTTFR. LUDOVICI Schulhistor. P. I. p. 142. P. II. p. 60 sq. Mit PAVLO MELLISSO lebte er von Jugend auf in vertrauter Freundschaft: wie MELCH. ADAMI in *Vit. Philosoph. Germ.* p. 447 erwehnet; der ihn auch *illustrium ludorum consplurium felicem fidelemque Magistrum und Rectorem* nennet\*\*.

\* Hæc ex fide digno quodam MSCro adducit M. 10. GOTTFLOB FRENCKEL, in *Diptychis Criticis* p. 89. 90. Edit. Dresden: A. 1722. 8.

\*\* Hæc IDEM AVCTOR addit in *notis*, l. c. p. 90. 91.

et æstimari potest. Omnia enim consilia sua, omnem operam atque industriam eo contulit, ut non modo fidei suæ concreditos adolescentes ad pietatem, eruditionem morumque elegantiam perduceret, et suo auro consuleret, verum etiam ut post fata sua gymnasio prodesset. Quippe *leges*, quibus hodie quoque utimur, gymnasio nostro scripsit, tam præclaras, tamque viles, ut, quæ civitatis modo fame ac pestilentia exhaustam prope scholam suam viderat (d), illa non multo post eandem egregiarum beneficiorum legum maiorem in dies pulcrioremque cerneret:

*Duris ut ilex tonsa bipennibus,  
Nigra feraci frondis in Algido,  
Per damna, per cades, ab ipso  
Ducit opes animumque ferro (\*).*

Equidem non dissimulandum, sed inter singularia dei beneficia grate numerandum esse duco, quod tum ante conditum gymnasium, anno scil. 1536, scholæ senatoriæ, in cœnobium servorum Mariæ siue novorum fratrum translata, et 1552, rectoris P. DOLSCII (e) tempore (f), tum post gymnasii dedi-

(d) Annis 1595 et 1598. Vid. *Programm. natalit. 1736, von den löblichen Schulordnungen der Stadt Halle, S. 5.*

(\*) HORAT. *Carm. IIII, ed. IIII, v. 57 sqq.*

(e) Patrem summi huius viri ignorabamus antea cum aliis: nunc vero scimus, ex epistola ipsius patris manu ad filium scripta, et in scrinio gymnasii (*clausuram* vocamus) nuper a me inuenta, fuisse IOANNEM DOLSCIVM, Pastorem Reichenbachensem. En ipsam epistolam integram, extrinsecus sic inscriptam:

„Egregio domino Doctori  
„PAVLO DOLTZIO FILIO  
„suo multum dilecto

„S. in parvulo Ihesu nostro. Vere dignum et iustum: quod canit Ecclesia: „equum et salutare est, *mi fili*, deo omnium conditori ac servatori, maxime fidelium, semper et ubique perpetuas gratias ex intimis animi visceribus agere. „Quid enim scimus: scimus aut etiam habemus, quod testimonio PAVLI I Cor. 4. „non divinitus acceperimus? Deinde toto pectore per Christum mediatorem precari, ut deus optimus Maximus sua clementia et benignitate instantem annum „hunc

dedicationem ordo aliquis scholæ fuerit præscriptus (g): sed illa quidem prima dumtaxat rudimenta erant operis, ab aliquo CAESARE perficiendi.

Hic ergo CAESAR quum *consilium institutionis dexterioris pro schola Hallensi* anno 1600 cum SCHOLARCHIS communicasset, vitiaque, quæ tacite irreperant, vna cum rationibus illa emendandi bona fide indicasset, adhibita singularum classium correctione; idque consilium SCHOLARCHAE suffragio suo comprobassent: factum est, vt non institutio tantum ad normam illam et regulam dirigeretur, sed etiam vniuersa res scholastica *certis legibus* in xxxiiii capita distributis constitueretur (h).

Qua de re vt non modo ciuibus, verum etiam exteris constaret: iussu atque auctoritate SENATVS amplissimi CAESAR anno 1603 vulgauit *programma, quo de voluntate amplissimi senatus Hallensis breuis exhibetur synopsis* cum lectionum, tum exercitiorum omnium, in eiusdem schola, honestissime

D 3

tissime

„hunc coronare velit. Gratulor autem tibi multiplicem in bonis animi: corporis ac fortune benedictionem diuinam iuxta promissionem dei, precepto de honorandis parentibus annexam. Enimvero contrarium experior in aliquot  
 „meis liberis patrem non ita multum curantibus adeoque in patrios annos inquirentibus. Es mirt sic mit der Zeit, ob ich gleich nimmer lebe, das angreiffen.  
 „Grata valde mihi et vxoreule sunt natalitia illa munuscula. verum iucundius multo est audire, beata prole ac secunda salis vena. So nenne ich die Salzpfan, te auctum nouoque illa anno benedictum. Nam nihil non, vt cum  
 „IACOBO scribam, ad nos deuenit a patre luminum Iacobi I. Tuum itaque est, vt de proximo egeno bene mereri studeas, liberos pie et honeste educes. ita nullo efferaris. denique cum tua costula tranquille et concorditer in timore dei viuas. Quod ad coniugem meam spectat. sicut ipsa vestri studiosa est; ita ex animo pollicetur, se caseolorum et butiri, quantum quidem per vaccarum vbertatem licebit, non oblituram. Interea temporis vos ambos amice vult salutatos. Salutant quoque vos omnes sorores et fratres vestri vna cum suis. Vale in Christi gratia et pace. Raptim, ex Reichenbachio xvi Mens. Ianuarij  
 „Anno dni M. D. LXIII.

„IOANNES DOLSCIVS

„pastor eiusdem,

- (f) Progr. von den löblichen Schulordnungen der Stadt Halle, §. 2. 4. et not. i.  
 (g) Sub tit. ordo lectionum, exercitiorum operarumque in schola Hallensi institutus. Vid. Progr. von den löbl. Schulordnungen etc. §. 4. et not. i.  
 (h) Vid. Progr. modo adductum §. 5.

*tissime constituta, receptorum:* ostendens simul, quid per examen vernum gestum sit: quas operas præterito semestri hiemali docentes obierint: et quæ ab iisdem futuro æstiuo expectanda sint.

Primo SENATIVS amplissimi curam ac sollicitudinem de gymnasio suo et tuendo et ornando debitis effert laudibus, hunc in modum exorsus:  
 „Verba idonea nos non reperire, libenter fatemur, quibus prouidam, piam,  
 „et vere paternam amplissimi inclita huius vrbis senatus curam et sollicitu-  
 „dinem, susceptam de conseruandis et amplificandis illius emolumentis et  
 „commodis, prædicemus: qui, ceu fidelis ecclesiæ dei et scholæ nutricius,  
 „et custos disciplinæ diuinitus constitutus - - nihil facit reliquum, quod  
 „ad scholæ suæ, quam pretiosissimum cuiusque reipublicæ florentissimæ  
 „*κλεινὸν*, ex quo, ceu equo Troiano, educuntur homines, ad quasuis  
 „functiones in communi vitæ humanæ societate feliciter obeundas, apti, rec-  
 „tissime esse putat, non modo salutem tutandam, sed et dignitatem augen-  
 „dam pertinet: non contentus testificatione illa præclarissimæ voluntatis exi-  
 „mia, in audiendis attentè cupideque aliquot iam orationibus et declamatio-  
 „nibus, publice in hoc gymnasio diuersis temporum interuallis aliquoties  
 „instituitis: vtque vna primates et summi in hac ciuitate viri haud grauatim  
 „audirent, amice inuitando, secumque adducendo: nisi et nunc (reuocatis  
 „publice per examen xiv dierum, ante absolutum, ad calculos acrioris et  
 „accuratoris disciplinæ nostræ alumnis: cohonestantibus frequentius eum,  
 „si ita appellare licet, actum, et senatu prudentissimo, et præsidibus scho-  
 „læ dignissimis) ciuibz nostris, et si qui alii scire vellent, hoc programme  
 „significaretur: et quid per hanc profectus discientium explorationem gestum  
 „sit; quousque lectiones et exercitia quæque producta: et quid porro in-  
 „stanti iam hoc semestri æstiuo vtriusque rei nomine expectandum sit.,

Tum singulas ordine classes persequens, quid in quaque et tum et superiore semestri gestum sit, diligenter exponit. Deinde recitationes cum declamatorias, tum comicas strictim percenset, adscriptis discipulorum nominibus, qui in vtroque dicendi genere sese exercuerunt (i). Denique quæ

(i) En eorum, qui publice tunc declamarunt, nomina: I. IOANNES OLEARIVS, Hallensis. II. IOACHIMVS CAESAR, Hall. III. IOANNES ANDREAE, Walthheimensis. IV. IOACHIMVS KATZSCHIVS, Hallensis. Alterum dicendi exercitium, tractans argumentum de *S. Mauritio*, recitatores habuit duodecim, quorum hic nomina vides adposita: I. WOLFFGANGVS a STOLBERGK.

quæ orationes, a quibus et quo ordine, quo tractato argumento, a primo currentis huius anni (1602) exordio (vsque ad Aprilem mensem) constitutum et præsentè amplissimo senatu, in augusta corona Magnatum et Primatum (verba sunt CAESARIS) et aliorum virorum doctissimorum publice in hoc gymnasio exhibitæ fuerint, senatus iussu, subiecit. Scilicet d. xiv Ianuar ipse CHRISTOPHORVS CAESAR orationem habuit *de incarnatione verbi, seu vnione duarum naturarum in Christo Θεανθρωπῶ hypostatica*. Successit oratio IOACHIM: CAESARIS, Hall. CHRISTIOPH F. *de natali Christi, et nouo anno: subiecto eiusdem carmine græco heroico, in natiuitatem filii dei et semper virginis scripto*. D. xxvi Ian. die Polycarpi orationem habuit *de scholis feliciter instaurandis* luculentam et insignem Reuerendus clariss. et meritissimus Vir, Dn. D. IOANNES OLEARIVS, ecclesiæ Hallens. antistes dignissimus (k): d. xxviii Mart. *de eloquentia* M. NICOLAVS GERLACVS, Collega Cæsari proximus: d. iiii April. *de vocatione gentium* IOANNES, Doctōris IOANNIS F. OLEARIVS, Hall. accedente simul oratione IOACHIMI CAESARIS F. *de Paulo Tursensi Apostolo, doctore gentium*. Insuper septem alii scholæ alumni circa hoc ipsum tempus idem tractarunt argumentum græce et latine, carmine et oratione soluta (pluribus aliis ad recitationem in publico loco instituendam propter temporis breuitatem non admissis) publice pronuntiarunt, non sine bona et diligentia et industria suæ laude: quibus tres additi, alio commigraturi, quorum vnus *de eloquentiæ studio*, alter *de vera amicitia encomio*, tertius denique *de D. Mart. Luthero* disseruit.

Non est hoc loco prætereunda *Comædia tragica Schopperiana*, quam anno 1602, d. 22 Septembr. CAESAR actam scribit personis numero 130, pompa sollempniore, in corona et consessu illustrium, generosorum et magnificorum vtriusque sexus spectatorum, totiusque SENATVS incliti, augustissimo; submini-

BERGK. II. IOACHIMVS KATZSCHIVS, Hallensis. III. CHRISTOPH. TRVTIGER, Hallensis. IIII. PHILIPPVS SIGISMVNDVS ab ARNIM. V. BARTHOLDVS NÆVIVS, Berbargensis. VI. PETRVS HERRICHIVS, Calensis. VII. IOACHIMVS CAESAR, Hall VIII. CASPARVS ab ARNIM. VIII IOANNES OLEARIVS, Hall. X. IOANNES ANDREAE, Walthemensis. XI. VINANDVS VINCKELIVS, Vesaliensis. XII IOANNES I. CCIVS, Suinfurtensis.

(k) Formis descripta est eodem anno, præmissa epistola dedicatoria ad ampliss. ciuit. Hall. SENATVM, additoque CAESARIS eam in orationem *epigrammase*: subiecto item ipsius OLEARII *programmase*.

ministrantium clementer et liberaliter, præter alia, ad splendidum apparatusum necessario requisita, egregie instructos currus plurimos, et equos 30: Musico choro adhibito distinctum septemplici, et vocis humanæ, et instrumentorum variorum.

Prodiit eodem anno 1603 aliud CAESARIS *programma*, ostendens veluti proposita tabella, post priorem superioris semestris *omnium cum lectionum, tum exercitiorum in gymnasio Hallensi institutorum delineationem*, plenius per omnes curias tum expositam, quas operas in superioribus potissimum classibus præceptores præterito semestri astiuo obierint, et quas sequenti hiemali obituri sint.

Quod ad *scripta* CAESARIS attinet: non fuitis ex eorum numero, qui cramben centies repetitam recoquentes ingentia volumina emittunt, sibi aliisque molesti. Tamen *institutiones grammaticæ latinæ* in vsum scholæ Hallensis, anno 1592 concinnauit ediditque, ab eruditissimo quoque illius temporis, V. C. DAVIDE CHYTRAEO, FRIDERICO TAVEMANNO, ADAMO SIBERO aliisque multis laudum encomiis celebratas.

Versus scripsit quam plurimos, elaboratos omnes et graues; quorum exempla hinc inde occurrunt admodum luculenta: vt proinde merito VALENTINVS BERGERVS, gymnasii Hall. rector, CAESAREM dicat e numerosis carminibus clarum, et ab ELIA REVSNERO, LAURENTIO RHODOMANNO, ADAMO THEODORO SIBERO, FRIDERICO TAVEMANNO, et aliis poetis celebratissimis in scriptis publicis non semel decantatum (1).

Ceterum, vt ipse lector amicus de facultate CAESARIS poetica indicare possit: vnum itemque alterum exemplum adscribam.

Epigramma eius in hortum gymnasii inferiorem ita habet:

*Cernis, vt umbrosi tendantur in æthera rami,*

*Arbor et vt spatio distet amœna pari.*

*Depositæ sulcis plantæ de corpore matrum*

*Abscissa tenero, fronde virente placent.*

*Hic mixti flores picli bene olentibus herbis,*

*Hic viola, hicque rosæ liliæque alba nitent.*

*Proueniunt hic Lenæi sacra dona liquoris,*

*Prodiga cuncta opibus luxuriantque nouis.*

*Sumtibus hunc construxerunt communibus hortum,*

*Qui iuncti Hallensi tum docuere schola.*

(1) Schul. Jubelfest p. 96.



*Muneris assiduo fractas ut forte labore  
Impositi vires sic releuando iuuent.*  
GALLI erat ille dies, cum lustra trecenta decemque  
Et septena anni tres et iere polo.

M. D. LXXXVIII.

In residuas idolomania pontificiaæ faeces, cet.

*Prima magistratus eniti est cura fidelis,  
Vt vigeat sanctum religionis opus:  
Et quia non studiis sine idem præstatur honestis,  
Ingenuas recte constituisse scholas.  
Præstat id Hallensis pietas utrumque SENATVS,  
Qui patriæ grato dicitur ore pater.  
Nam spargi curat puri sacra semina verbi,  
Institui et parui corda tenella gregis.  
Re nec habet quidquam prius, aut antiquius, ista:  
Parcere nec grauibus sumiibus ille solet.  
Vnde cuculligeræ male recta dicata caterua  
Laurigero Aonidum datque sacratque choro.  
Et sic de patria præclarius vrbe meretur,  
Quam patriæ Alcides aurea poma ferens.*

IN COENOBIVM HALLENSE FRANCISCANVM, CET.  
Viator compellans Franciscanum monachum.

*Cur, venerande Pater, tetricum te lumine cerno?  
Ora quid et frontem ruga senilis arat?  
Ante mihi visus non sic demittere vultum:  
Tristitiæ causam dic mihi, quæso, nouæ.  
Arguit ore sedens numnam ieiunia pallor,  
Fracta valetudo corporis vnde tui est?  
Turgida vel nimio lasisti guttura cantu,  
Emta frequensque tibi missa peracta fuit?  
Quidquid id est tandem, graue nempe sit illud oportet,  
Fortem alias, quod te frangere forte queat.*

E.

Fran-

Franciscanus monachus respondens.

Corpore non equidem, tristi sed corde laboro,  
 Lentus et absumit pectora mæsta dolor.  
 Eius at hæc causa est: mea fraus patefacta dolique,  
 Dum tua vox cathedris, dire LVTHERE, sonat.  
 Consuevi toti fallax imponere mundo,  
 Mentibus offundens nubila ceca piis.  
 Nunc iaceo spretus, quo non Acherontis in atras  
 Ante alius plures præcipitavit aquas.  
 Diuitis heu Pluti quam maxima lucra recedant:  
 Fabula sum pucro denique vana leui.

Gratiarum actio

Laus domino, verbi quod luce micante sonantis  
 Nunc patet æterna dulce salutis iter.  
 Nunc prostrigato colimus pia numina monstro,  
 Corda quod exitio præcipitata dedit.  
 Turpiter hic coluit stygium locus ante draconem,  
 Hospitium musis nunc sacrat ille piis.  
 Ergo citis ades huc pedibus studiosa iuventus,  
 Si modo cura anime te tenet vlla tue.  
 Dumque frui datur ingenio, ne discere cesses:  
 Tempore percipies sic bona multa breui (m).

Quisquis igitur CAESARI summum ingenium, singularem dexteritatem variaque doctrinæ copiam, sollertiam eximiam, iudicium multo rerum vsu subactum prudentiamque constituendæ pariter ac regendæ scholæ inusitatam fuisse adfirmat: is, quod res est, dicit, et loue a quo iudicat.

Ex filiis eius præter M. CHRISTOPHORVM, anno 1598 summos in philosophia honores Lipsiæ consecutum (n), IOACHIMVS inclaruit, principalis aulæ Magdeb. et iustitiæ consiliarius, vir græcæ latinæque, et aliarum linguarum, quibus cultissimæ in Europa nationes vtuntur, philosophiæ  
 item

(m) Beschreibung des Hältsischen Schul. Jubelfestes p. 88 sq. 90 sq. OLEAR.  
 Halygraph. p. 317. 321-324.

(n) OLEAR Halygr. p. 114.

item ac iurisprudentiæ peritissimus, qui Gloganiæ magnæ in Silesia vixisse, annoque 1611 amores EDVARDI III, Britannicæ regis, sub tit. *rationis et ad-petitæ pugna* edidisse dicitur (o). Diuulgauit etiam AESCHACII MAIORIS nomine *scrutinium ingeniorum* IANI HVARTI e lingua Castellana in latinam transfusum, anno 1622, non, ut est in Lexico eruditorum Lipsiensi, 1612 (p).

Iter in Galliam, Hispaniam Italiamque suscepit: vnde multis eruditionis opibus locupletatus in patriam rediit. In Gallia aliquamdiu commoratus linguæ Hispanicæ notitiam hausit ab IOACHIMO VINCENTIO SOLERO, qui transferendi scrutini ingeniorum auctor illi exstitit. Audiamus ipsum CAESAREM loquentem (q): „Anteaquam iter, *inquit*, ad Hispaniæ regna adfectarem: corpi, dum in Gallis etiamdum sisterem, linguæ Hispanicæ operam addicere, nactus bonis auibus Hispanum natum, virum literatissimum ac *πολυλόωττατον*, IOACH. VINCENTIVM SOLERVVM, qui ad linguam magister mihi ac modimperator esset - - - Is inter ceteros scriptores Hispanicos immane quantum mihi hunc (IANVM HVARTVM) commendans, in eius vertendi vno alteroue folio sapiuscule dicis causa vires meas periclitabatur - - - quumque post animaduerteret - - succedere: suasit, ut librum vsu facere meum pergerem. - - - Quum in Hispaniam pergerem: apud Vascones ad fines Aquitaniæ casus mihi abstulit vna cum hippoperis ipsis infelicem hunc fetum, tum quidem *a matre rubentem*, ut cum Satyrico loquar, et qui adhuc a mea calebat manu; quumque desiderium non tam eius amissi, quam reliquorum, quæ eadem mihi fortuna ademerat, haud ferrem: in Gallias redux iactura et temporis et sumtuum maiore, quam res ferret, supellestitem persecutus, illa quidem carui; hunc vero dudum pro occisissimo a me habitum sesquianno vertente postliminio recepi (r), cer- Eum Italiam quoque lustrasse, illa verba (s) testantur: „De qua (Italica versione) iudicare multis non debeo, quod copia eius e bibliotheca Germano- E 2 „rum

(o) Vid *Lexic. erudit.* Voc. CAESAR (IOACHIMVS).

(p) Annus 1622 manifeste exprimitur duobus pentametris, quorum alter in fine dedicationis his verbis:

*Saxonia æternæ AscantiaqVe DoMV5:*

alter in fine totius libri conspicitur:

*Est sVa Meta Libro: sIt sVa LaVsqVe Dco.*

(q) In præfatione prædicti libri fol. b. 3.

(r) fol. c. 1.

(s) fol. c. 3.

„rum Patauina demum sub tempus discessus mei ad sesquihoram mihi obri-  
„gerit, cet.

Hactenus de CHRISTOPHORI CAESARIS filio IOACHIMO: su-  
perest, vt de *filia* ipsius MARGARETA adhuc mentio- em faciamus. Nup-  
fit hæc Margareta AVGVSTINO KRAVS.O, senatori et salinatori Hall.  
e quo matrimonio suscepti sunt 1) D. CHRISTOPHORVS KRAVSE,  
Prætorii, quod Hallæ est, adsector ac salinator, 2) M. IOACHIMVS  
CRVSIVS, primum ecclesiæ Schmiedebergensis pastor, deinde præpositus  
ac superintendens Kembergensis, qui obiit anno 1640 (t).

Sed iam tempus est, vt in viam redeamus, et, quod officii ratio mō-  
net, nauiter exsequamur. Nimirum duobus adolescentibus primi ordinis ar-  
gumentum *de Christo hominum omnium pulcherrimo* elaborandum recitan-  
dumque imposuimus, idque ita distributum, vt

CHRISTOPHORVS FRIDERICVS DEISNER, Hallensis,  
*de imagine dei in anima Christi hominis effulgente,*

et

IOANNES PHILIPPVS KESSLER, Holdenstadio-Saxo,  
*de eximia corporis Christi pulcritudine*  
orationibus latinis sint exposituri.

Quod institutum nostrum vt VOBIS, patriæ PROCERIBVS ac gymna-  
sii PRAESIDIBVS et AMICIS placere intelligamus: maiorem in modum  
VOS oramus atque obsecramus, vti crastino die, hora a meridie secunda, in  
primæ classis auditorium frequentes concurrere, declamaturos attente ac  
beneuole audire, conatusque nostros fauore VESTRO subleuare  
ne dedignemini.

(t) Vid. ROEBERI *Arcus Triumphalis*, Part. III. p. 871 sq. in curriculo vitæ M. CRVSII.

---

P. P. D. VII Ianuarii c1o1occcxxxv.



**NATALEM**  
**GYMNASII HALLENSIS**  
**CLXX**  
**ORATIONIBVS SOLLEMNIBVS**  
**CELEBRANDVM**  
**INDICIT**  
**PRAEMISSA**  
**RECTORVM A CONDITO GYMNASIO**  
**HEPTAD. II. PART. I.**  
**IOANNES MICHAEL GASSER, SVINFVRT.**  
**GYMNASII RECTOR.**

---

*HALLAE SALICAE*  
TYPIS IOAN. FRIDR. GRVNERTI ACAD. ET SENAT. TYPOGR.  
c1o1occcxxxv.



AESAREM excepit

VIII. M. IOANNES AESCHARDVS a), qui lucem hanc adspexit Baderslebta, vico non procul Halberstadio distante, anno 1574, die conversionis Paulli. Patrem habuit M. CONRADVM AESCHARDVM, loci illius pastorem, anno 1581 defunctum. Patre igitur orbatus vna cum matre et fratre Quedlinburgum, matris natale solum, migravit, ibique sub disciplina M. HENRICI FABRI, rectoris celeberrimi, pueritiam et ado-

lescentiam exegit. Ab hoc ludo in academiam Iuliam anno 1593 digressus, breui tempore tantos in optimis litteris ac scientiis progressus fecit, vt anno 1595 *Magistri* dignitatem obtinuerit. Post Ienam abiit, multisque disputationibus in publicum emissis adeo senatui philosophico se probauit, vt ipsum ad suum ordinem adscriberet. Eodem anno academias Altorffinam et Tubingensem animi relaxandi causa petiit: vnde redux factus, Iena vsque ad annum 1602 commoratus est b). Hinc primum ad scholam regendam vocatus Quedlinburgum est, tam auspicato, vt solito maius incrementum discipulorum, simulque collegam septimum acceperit illustre Quedleum c). Anno 1603, d. 29 Maii matrimonium iniit cum lectissima virgine, ELISABETA, WOLFFGANGI MICHAELIS, Camerarii Quedlinburgensis, filia. Anno sequente 1604 Hallam discessit ad munus rectoris obeundum d): vbi tantus discipulorum nobilissimorum, quos schola, partim etiam hospitio et conuictu excepit, ad eum concursus factus est, vt 70 doctores et 500 magistros ex vtraque schola profectos numerare potuerit e).

Porro

- a) Alii AESCHARTVM scribunt, vt LVDOVICI in *hist. rect.* P. I. p. 62 et p. 278. it. MATTHAEVS ZVERVS in *Epodatyos Pseude* I. C. 5. b. vbi ad AESCHARDVM est epistola, sic inscripta:

M. IOANNI AESCHARTO, Gymnasii Hala Sax. rectori

ειρωφειδελικῶς.

*Aeschartum mea (nam vacat) Thaleia*

*I visum, et placide meam salutem cet.*

- b) Vid. IOANNIS ALBERTI BIERING *Clerus Mansfeldicus*, 1742. 4. p. 36, sq.  
 c) LVDOVICI *hist. rect.* P. II. p. 278.  
 d) BERGERVS im *Schuljubilfest* p. 95.  
 e) *Clerus Mansfeld.* 1. c.

Porro decanus generalis Mansfeldensis anno 1612 f), ac denique comitatus Mansfeldensis superintendens generalis et Consistorii Islebiensis præses anno 1629 vocatus, ac præsentibus quattuor comitibus anno 1630, d. 14 April. ritu sollempniore inauguratus est. Tandem post multas valetudinis infirmæ molestias anno 1643, d. 4 Ian. in sella requiescens placide naturæ concessit: postquam vixisset annos 69, demtis tribus hebdomadibus vnoque die g).

Præter medicinam vniuersalem (libellum theologicum), et *anatomem libri I officiorum CICERONIS*, *Aphorismos* quoque *ex libro I offic. CIC.* itemque *ensuram de scholis priuatis seu clanculariis* publicauit, dignos iudicatos a CHRISTIANO GVEINZIO, successore, libellos, quos *analisi dichotomica generali Ciceroniani operis totius* adiungeret h).

F 2

AESCHAR-

f) OLEAR. *Halygr.* p. 348.g) *Clerus Mansfeld. l. c.*h) Halle 1629. *COROLLARIUM* p. 180. *Scholæ clancularias in bene constitutis rebus publicis nec ferendas, nec fouendas esse. Argumenta habet XXXVII in certas classes distributa.*

## I CLASSIS

## A SCHOLARVM IPSARVM CONDITIONE.

- a) *Quia maxima rei publicæ pars sunt, partes vero rei publicæ etiam publica administrari auctoritate oportet.*
- b) *Quia æquiparantur exercitiis religionis, quæ pro cuiusque arbitrio in re publica concessa non est.*
- c) *Quia communi omnium consensu, scholæ publicæ, ut moneri a singulis cordatis possit, quod publice expedit.*

## II CLASSIS

## A MAGISTRATVS VERENDA AVCTORITATE.

- a) *Quia magistratus violatur existimatio: dum, quod publice fieri voluit, priuatum administratur.*
- b) *Quia ingenis arguitur negligentia, dum tacendo et dissimulando publicis scholis clancularias æquiparat.*
- c) *Quia ipsæ operæ scholasticæ expresso magistratus de reo nituntur, a quo quicumque deflexerit, contumaciam incurrit.*

## III CLASSIS

## AB INSPECTORVM BONA CONSCIENTIA.

- a) *Quia ægrogius tunc diabolus arguuntur: dum, quod plerique in publica institutione improbant, ipsi non vident.*
- b) *Quia prouinciæ male administratæ rei fiunt: dum vitia publicæ institutionis ce-lant, nec ipsi medicinam inueniunt.*
- c) *Quia officii inmemores, dum scholæ publicæ incolumitatem imminui per tot clancularias*

## AESCHARDO successit

VIII. M. SIGISMVNDVS EVENIVS, Nauensis Marchicus, filius pannificis: non tam natalibus, quam doctrina clarus et nobilis. Qui quum rellissimis studiis et artibus ordini philosophico in academia Vitemburgensi adiungi meruisset, anno deinceps 1613, d. 13 Iunii gymnasii Hallensis rector factus i) et sollempniter introductus est, habita oratione *de scriptis ethnicorum, an et quantum in scholis christianorum sint proponenda et toleranda* k). Litteris græcis adeo docte eruditus fuit, vt discipulos etiam suos græce animi fensa expromere docuerit expedite. Testimonio est illa GODOFR. OLEARII græca *de Christo* disputatio, quam anno 1621 dignissimus tanto magistro discipulus attico sermone non elaborauit tantum, verum etiam (quod nostræ ætatis excedat fidem) sub EVENII præsidio eadem lingua publice defendit l). Ceterum quantum philosophus, quantum adeo theologus iam tum fuerit, ex testimonio publico theologi ordinis Vitemburgensis 1613 impertito adparet. *Cum primis (verba sunt theologorum Vitemburgensium) veritatem celestis doctrine, et sacrosanctum illud beatissimi patris nostri Martini Lutheri depositum, nec non vere augustum illud Augustanæ confessionis, primæ illius, minimeque variatæ, vt et christianæ concordia symbolum, concionando et disputando ita adseruit, defendit,*

*cularias patiuntur, quorum neutrum absque maxima iniuria vir frugi suspicabitur.*

## III CLASSIS

## A PRAECEPTORVM PERSONA ET OFFICIO.

- a) *Quia et officium et auctoritas eorumdem in dies magis magisque vilescit, et consequenter studia litterarum ipsa.*
- b) *Quia a consueta industria et diligentia subinde quidquam decedit.*
- c) *Quia cæcitas erga ipsos beneuolentia et liberalitas semper redditur minor, quo grandi impedimento non paucos a functionibus istius modi deterret, et scholas tandem a vilissimis quibusque mancipiis administrari necessum.*

Reliqua vid. omnino p. 182. 183. 184. 185. Tandem hoc dilemmate concludit: *Scholarum clanculariarum publicis aut præstant, aut non præstant. Sin illud, producens suos discipulos illi præceptores, et euidenti experimento reseruntur; sin hoc, reddens causam discessus a schola publica, qui magno conatu clancularias fouent, tuentur. cet.* Concinnunt *leges scholarum Vratislauenisium renouata* 1617. fol. A. 3. it. fol. K.

i) OLEAR. *Halygr.* p. 357.

k) LVDOVICI *hist. rell.* P. II. p. 64. n. 4.

l) LVDOVICI I. c. n. 8. add. programma IOANNIS PRAELECTORII, gymn. Hall. Recl. quo vltimum exsequiarum honorem GOTTFRIDO OLEARIO d. 26 Febr. 1685 exhibendum indicit f. 3.



defendit, propugnauit, vt de ἐπιδοδοξίας laude nemini non esset commendatissimus. Iam ibidem: Sic continue meditando, auscultando, disserendo, disputando, id tandem diuino beneficio consecutus est, vt tum de abstrusissimis quibusuis quæstionibus ac materiis philosophicis, tum de grauissimis in religione controuersis, iudicaret grauitè, accurate dissereret, disputaret promptissime, nec errorum vel priscorum, vel neotericorum esset quidquam, quod aciem mentis ipsius effugeret, et quod in conflictu disputationis ipse non felicissime refelleret m).

Non vanam fuisse hanc commendationem, ipsa re demonstrauit **EVENIVS**. Quibus enim ornatus erat, laudes non æquauit modo, verum etiam superauit. Tanta enim industria, fide ac dexteritate prouinciam Hallensem administrauit, vt tum Hallensibus, tum exteris carus haberetur. Quare factum est, vt anno 1622, d. 11 Martii a senatu Magdeburgensi ad simile munus capessendum, viuo adhuc **GOETZIO**, sed ægro, efflagitaretur n). Paruit doctissimus **EVENIVS**, fascisque gymnasii illius mense Maio suscepit, præmissa oratione de honore scholarum adserto et restituto o). Quumque breui magno discipulorum vndique confluentium numero aucta esset schola **EVENII**: tam lætam fortunam, vt solet, comitata est inuidia, eaque theologica, ex singulari odio conflata. **CRAMERVVM** enim, pastorem ad ædem S. Ioannis et gymnasii scholarum, hominem pietatis persuasione elatum, se ignorantem, verba dantem aliis, et, quum sua peruideret oculis mala lippus inunctis, in aliorum tamen vitiis tam acute cernentem, quam aut aquila aut serpens Epidaurius, inquietem præter ea et occasionum haud segnem, hunc, inquam, theologum male habuit, quod **RATICHIIO**, familiari et intimo suo reiecto, **EVENIVS** scholæ gubernaculis admotus est; præsertim quum **RATICHIVM** antea ciuibus senatuique, publice ac privatim, ore et scriptis ita commendasset, vt sanguinis mortisque Christi causam agi audacter impudenterque adseueraret p). Hæc caussa odii: illa manifestandi occasio. Simul enim ac dissertationem theologicam q) edidisset rec-

F 3

tor,

m) In controuersia Crameriana 1624 impressa, p. 84.

n) **LVDOV.** hist. refl. P. III. p. 78. 79.

o) **LVDOVICI** P. II. p. 65. n. 10.

p) Magdeburgisches Jubeljahr 1724, Historisch. Vorbericht p. 108, sq. Controuersia Crameriana p. 79 sqq.

q) Quæ inscripta erat: Aphorismorum sacrorum decas prima, cet. ad disputandum publice proposita, præside **M. SIGISMUNDO EVENIO**, rectore: respondentibus **ANDREA BARTENSTEINIO**, Hallensi-Saxone et **TOBIA MEVIO**, Iutrebocensi Saxone. Controu. Cramer. p. 90.

tor, atque positione quinta theologiam definiuisset per *habitus*, *instituentem hominem in vera cognitione et cultu veri dei, in scripturis reuelati, ad consequendam salutem æternam*: adeo moleste id tulit CRAMERVS, non modo vehementer vt oppugnaret hanc positionem, verum etiam in conuentibus sacris perstringeret, rectoremque in erroris grauissimi suspicionem adduceret, ac scholæ adeo florem, quantum in ipso erat, impediret. Præcipue vero CRAMERVM offendit subiunctum BALTHASARIS MEISNERI, professoris theologi apud Vitembergenses celebratissimi, iudicium, ex *philosophiæ sobriæ* parte prima p. 458 depromptum, his verbis: *habitus theologiæ etiam cadit in non renatum et hominem peruersæ vitæ, quod exempla docent, et ratio euincit.*

Ob hæc impietatis reum egit EVENIVM, quasi propositum ei esset, iuuentutem scholasticam ita instituere, vt de deo rebusque diuinis tantummodo promte et expedite nugari disceret, omni mentis emendatione neglecta. Forte in societatem certaminis venit M. IOANNES COTZIBVVIVS, ad ædem S. Iacobi pastor, non is sponte quidem, sed a CRAMERO lacessitus. Hos igitur ambo subinde coniunxit, ambobus etiam maledixit, maximorumque errorum suspicionem conflauit. Qui vt famæ suæ pariter ac doctrinæ veræ confulerent, litiumque, si fieri posset, femina extirparent, questionem illam, quæ habere controuersiam videbatur, ad theologos Helmstadienses et Vitembergenses detulere, iudicio illorum ac sententia acquietari. Hi vero litem omnem secundum COTZIBVVIVM et EVENIVM dedere. Inter ea CRAMERVS a conuiciis nihil remittere, sed contumeliosissime viros innoxios tractare, et quoquo modo aliis inuisos reddere. Itaque ne malum hoc latius manaret ecclesiamque maiore motu perturbaret: id sibi datum esse vniuersi sacrorum Magdeburgensium ministri, ab COTZIBVVIO EVENIOque rogati, credebant, vt compositionem tentarent, atque ad concordiam redigerent tanto animorum ardore certantes. Verum enim vero tantum abest, vt votis responderet exitus, vt CRAMERO iterum iterumque monito, sed cedere nolente, latius diffunderetur incendium, nec nisi ruina vrbs tandem restingeretur r).

*Hoc in excidio (verba refero b. M. GODOFREDI BERGNERI) afflictissimus rector ab hostibus inmanitate barbaris in ipso scholæ auditorio, quod discipu-*

r) 163 I. Scripta, quibus in vtramque partem agitata controuersia est, recensentur in *controuersia Crameriana*, præfat. it. Magdeb. Jubelj. Hystor. Berbericht p. 105 sq.

discipulorum in præceptoris conspectu dissectorum sanguine madebat, male exceptus indigneque habitus suam suorumque vitam omni, quam habuit, facultatum substantia redimere cogebatur. Inde libertati restitutus in Lituoniam variis aëlis casibus exsul tendit, Reualia stationem quesiturus: sed Rigenses eum gymnasii sui moderatorem mense Octobri eiusdem anni (1631) quam honestissime deposcebant. Postea Halberstadii scholam aliquamdiu moderatus est, Halberstadio vocatus Ratisbonam 1633: ubi et gymnasio et bibliothecæ publicæ cum bonorum adplausu presuit; dum ab ERNESTO, Duce Saxonum, Vinariam inuitatus rei scholasticæ in Ducatu probe ordinandæ director salutatur. In qua demum prouincia itidem ex sententia Musagetæ Serenissimi administrata rude donatus in gloriam Domini sui introiit, ut in ampliori munere fidelitatis fructum reportaret t).

Illud prætereundum hoc loco minime est, EVENIVM nostrum ERNESTO PIO non suasisse modò institutum *bibliorum Vinariensium*, sed etiam Sophoniæ, Haggæi, Zachariæ, et Malachiæ vaticinia interpretatum esse u).

Scripta eius, (præter ea, quæ iam antea commemorauimus) recenset LVDOVICI in *historia rectorum* x).

EVENIVM sequitur

X. M. SEBASTIANVS CRELLIVS, qui antea Mitweidæ y), Martisburgi, et Lipsiæ ad D. Thomæ, post Hallensis gymnasii rector constitutus anno 1622, d. 23 Aprilis, et sollempni ritu introductus d. 29 Iulii z), ac postea Superintendens Glauchæ, in dynastia Schœnburgensi factus est 1627.

Hactenus de nonnullis rectoribus: reliquum est, ut ad discipulos progrediar, qui crastino die NATALEM GYMNASII nostri CLXXX orationibus aliquot sollempnibus more antiquo celebrabunt. Scilicet

IOANNES AVGVSTVS FRIDERICVS GASSER,  
Calbensis, ord. III.

*potentissimum dei auxilium, quo adhuc suos tutatus est, prædicabit*

s) et Consiliarius scholasticus Vinariensis. VOCKERODT *introduc't. in notis. societ. literar.* P. II. c. I. p. 79, not. dd.

t) LVDOVICI *bisz. rect.* P. III. p. 79. *ibid.* p. 117.

u) VOCKERODT l. c. p. 80. cf. LVDOVICI *bisz.* P. II. p. 63.

x) P. II. p. 64. 65. 66. et P. III. p. 121 sq.

y) LVDOVICI habet *Grimmæ*, P. II. *bisz. rect.* p. 66.

z) OL AR. *Halygr.* p. 370.

bit ode Dauidica (Ps. 46) simulque beneuolam auditorum  
attentionem expetet, germanice.

**CHRISTOPHORVS FRIDERICVS DEISSNER,**

Hallensis, ord. I.

*de ortu, antiquitate ac dignitate Musices* ager, orat. lat.

**IOANNES CAROLVS GADEN,**

Hallensis, ord. VII.

*animum varie adfici Musica,* docebit versibus germ.

**ZACHARIAS TROETZSCH,**

Dorndorffiensis Saxo, ord. I.

*de admiranda vi Musices in animum humanum* disseret, oratione germ.

**IOANNES FRIDERICVS DREYSSIG,**

Hallensis, ord. VII.

*de malo Musices usu* exponet, versibus germ.

**IOANNES FRIDERICVS ANDREAE,**

Neuhaltensleb. Magdeb. ord. I.

*admirandos Musices effectus in corpore humano* enarrabit, lingua  
patria.

**CAROLVS FRIDERIGVS DREYSSIG,**

Hallensis, ord. VII.

*de structura corporis harmonica* dicet, versibus anacreonticis lat.

**CHRISTIANVS FRIDERICVS STOELTZER,**

Hallensis, ord. VII.

*decantato Musices triumpho,* decentes auditoribus gratias ager,  
ode teutonica.

Quæso igitur a vobis, PATRONI, FAVTORES atque AMICI  
gymnasii nostri, vt ad diem hunc festum anniuersarium sollempni more agitan-  
dum cras hora a meridie II in *auditorio maiori* frequentes conuenire, discipu-  
lis in argumento iucundissimo versantibus beneuolas aures præbere, conati-  
bus eorum laudandis fauere, industriam suffragio vestro comprobare, et no-  
uis quasi stimulis acuere ne dedignemini. Quod si fuero consecutus: ego  
contra omni studio id efficere laborabo, vt nec me rogasse, nec vos  
audiuisse, nec discipulos nostros dixisse pœniteat.

---

P. P. A. D. IIII Cal. Sept. cIo Io cc xxxv.

AD  
RITE FACIENDA  
**NOVI ANNI**

CL<sup>o</sup> IS<sup>o</sup> CC XXXVI  
INSTITVTIONISQVE PVBLICAE

IN  
GYMNASIO HALLENSI  
A VSPICIA  
ACTVM ORATORIVM

INDICIT  
PRAEMISSA  
RECTORVM A CONDITO GYMNASIO  
HEPTAD. II. PART. II.  
IOANNES MICHAEL GASSER, SVINFVRT.

GYMNASII HALL. RECTOR.

---

*HALLAE SALICAE*

TYPI§ IOAN. FRIDR. GRVNERTI ACAD. ET SENAT. TYPOGR.

**O**rdine iam incedat  
 XI. M. CHRISTIANVS GVEINZIVS: de quo viro  
 neque quomodo dicam, neque quomodo taceam, reperio. Si  
 enim dicere adgrediar; copia obruat: sin minus; officio desim,  
 et instituti teñorem haud feruem. Faciam igitur, quod solent,  
 qui terrarum situs pingunt, et in breui quasi tabella totam viri excellentissi-  
 mi imaginem amplectar.

Natus est GVEINZIVS noster Kolauia Lusatorum, in territorio  
 Gubenensi, anno 1592, d. 13 Octobris, parentibus IOANNE GVEIN-  
 ZIO, verbi diuini pracone, et matre VRSVLA REVERTERIA a), qui,  
 praecleara pueri conspecta indole, id operam dederunt sedulo, vt iis artibus,  
 quibus aetas puerilis ad humanitatem informari solet, imbueretur. Itaque  
 primum in scholam Cotbusianam transductus, et rectoris M. HEILANDI cu-  
 raē fideique traditus est: vrbe autem incendio absumta, mox inde rursus dis-  
 cessit, Gubenamque migravit ad M. TRESCOVIVM, quo duce tirocinia  
 non sine laude fecit. Post Crosnam petiit, ibique annum non amplius vnum  
 commoratus, ad patrios lares rediit, anno 1609. Deinde Sorauiensem in-  
 gressus ludum, triennium ibi exegit, et oratione tam prorsa quam vorsa vl-  
 timo vale dicto, bona cum venia et luculento rectoris BOHVSLAI testi-  
 monio dimissus Budissinense Lyceum anno 1612 salutauit, ac sub M. ZACHA-  
 RIA BICCIO rectore eximiam sibi comparauit eruditionem. Anno tamen  
 post 1613 hinc quoque digressus, Athenarum Stetinense adiit, M. CHRISTO-  
 PHORI HVNNICHII fruiturus institutione. Hic decursobiennii spatio stu-  
 diis scholasticis coronidem imposuit, et consilio suasuque praceptoris sui fi-  
 delissimi in academiam se conferre decreuit GVEINZIVS.

Vitembergam, celeberrimam quondam academiam, atque eruditissi-  
 mis hominibus liberalissimisque doctrinis adfluentem, elegit studiorum suorum  
 sedem 1615, d. 23 Iunii, eamque benignissimam matrem expertus est. Quip-  
 pe IACOBVS MARTINIVS, philosophus ac theologus Vitembergensium sum-  
 mus, qui de ingeniis optime poterat iudicare, dignum eum existimauit, quem  
 hospitio reciperet, praceptoremque liberorum suorum constitueret. Quo  
 facto natus est occasione, non ad interiora tantum et recondita philoso-  
 phiæ, verum etiam theologiæ studia penetrandi. Itaque quum nihil tam ar-  
 duum

a) LVDOVICI *lin. ref.* P. II. p. 41. coll. P. V. p. 340.

duum esset, quo non eniteretur GVEINZII industria: annus nullus intercessit, summos ab *ordine philosophico* honores consecutus est. Neque tamen minus vniuersæ *theologiæ* ambitum ita mente complexus est, huic vt sacratissimæ scientiæ vnice addictus fuisse videretur: id quod insignia eius specimina theologica, ducibus IACOBO MARTINI ac FRIDERICO BALDVINO, in cathedra academica publice edita graui testimonio comprobant b). Quid mirum igitur, si tantam famæ celebritatem adeptus sit, vt non a Germanis modo, sed etiam ab exteris nationibus certatim expeteretur c)? Vicit tamen Professorum Vitembergensium desiderium, qui vt GVEINZIVM suum retinerent, summo studio laborabant. Quorum etiam exspectationi vt responderet, adscribi se in *collegium philosophorum* passus est anno 1618.

Tandem vero quod non priuatis modo hominibus ac ciuitatibus, verum etiam summis principibus fama notus erat: tantum abest, vt perpetua iucundissimi sui GVEINZII possessione gaudere potuerint Vitembergenses, vt serenissimorum principum voluntati denique concedere habuerint necesse. Euocatus enim 1619, d. 3 Iunii, ab IOANNE ERNESTO iuniore, duce Saxon. gentis Vinariensis, et LVDOVICO Anhaltino, doctorem virorum studiosissimis cupidissimisque principibus, Cothenas, vt Raticianam artes linguasque docendi rationem ac viam notiozem efficeret prouheretque vltius, d)

G 2

con-

b) LVDOVICI *hist. rect.* P. II. p. 46. 47.

c) Vid. LVDOVICI l. c. p. 42.

d) WOLFFGANGVS RATICHIVS (RATKE) meliorem facilioremque viam docendi discendique artes et linguas inuenisse sibi visus est: cuius rei tum in MORHOF. *Polyhist.* T. I. L. II. c. X. §. 28. p. 451, tum in REIMMANNI *histor. litt.* mentio iniicitur. Qui quum didacticam suam compluribus Germaniæ principibus frustra commendasset: tandem ab IOANNE ERNESTO, Saxonix duce, quem supra commemorauimus, LVDOVICO Anhaltino principi conciliatus est. Itaque fede principali Cothenensi receptus, principem facile permouit, vt alios quoque viros doctos (inter quos etiam GVEINZIVS fuit) honestis stipendiis conduceret, qui nobilissimum illud, quod prædicabat, inuentum amplecterentur ac latius disseminarent. Quo consilio typographia Cothenis instituta, librique ad rationem Raticianam necessarij impressi sunt; E. g. *encyclopadia pro didactica Ratichii* 1619; *allgemeine Sprachlehre* 1619, qui liber in gallicam quoque et italicam linguam translatus est. Plura qui vult, is GVALTHERI et WOLFFII Profess. Ien. adeat tractatum *de didactica Ratichii*, Ienæ 1614. 12. Ceterum de ipso RATICHIO conf. *Controvers. Crameriana* p. 79. vsque ad p. 83, it. p. 115 et 635. add. quæ in *rectorum Hallens. historia ad vitam* EVENII p. 37. diximus.

conditionem accepit, annoque 1621, d. 14 Sept. matrimonium inuit cum lectissima virgine CATHARINA BERNDES, IOANNIS BERNDESII, consilarii et cameræ principalis præfecti consulisque Cothenensis, filia. Propter turbas autem bellicas anno 1622 sarcinis collectis Vittembergam ad familiares suos reuersus, totum se *iurisprudentiæ* dedit, successu quidem adeo felici, vt mox e cathedra academica, præside D. LEDERERO, *de Apostolis*, quos iureconsultorum lingua vocant, publice dissereret, institutiones Iustinianæ et iurisprudentiæ forensis, præter ea publici ac feudalis, quod dicitur, iuris fundamenta traderet, ac subinde ad exercenda pubis academica ingenia disputationes haberet. Quare priuilegiis publici doctoris dignum iudicantur iureconsulti Vittembergenses, albo candidatorum inscribentes GVEINZIVM: quem et didicisse fideliter et docuisse iuris artem, scriptis in hanc rem litteris publice testabantur. Quin demandatas *aduocati ordinarii* partes coram illustri collegio, cui cura rerum ecclesiasticarum est commissa, apud Vittembergenses non sine laude exsecutus est: ne scholæ tantum, sed rei etiam publica viuere videretur. Vt autem temeritatis notam effugeret apud posteros, rationes, quibus commotus iuris scientiam cum theologia non mutauit, sed coniunxit, ipse edito 1642 *systemate theologico* exposuit. Namque minime alienum censuit a iureconsulto, sed vile potius, immo maxime necessarium, de sacris dogmatibus vere et iudicare et disserere posse: saluberrimeque monuit, curandum esse, ne iureconsultus sit vllus in officio publico constitutus, qui non curate theologiam sciat, eamque tamquam viuendi publico constitutus, qui non curate theologiam sciat, quando quidem vnus bonus ICTUS in aulis præsertim principum plus possit, quam cuiusuis ordinis alius decem, qui raro admittantur, rarius audiantur.

Neque hoc loco prætereundum est, GVEINZIVM nostrum celeberrimum in ordinem *societatis frugiferae* cooptatum, et *Syntaxe (des Ordnen)* cognomine insignitum esse.

Denique postremo *gymnasiarcha Hallensis* factus d. 4 April. 1627, et sollemniter introductus d. 1 Aug. anni eiusdem, tantum abest, vt iuris et æqui scientiam neglexerit, vt, quod de tradendis iuris elementis leges scholæ Hallensis præcipiunt, id sibi in primis dictum esse crederet. Quare his sacris idemidem selecta ingenia adsuefecit: litterisque prodidit, quæ LIPENIO, STRVVIO, DIETHERRO, WILDVOGELIO, at quantis viris! vehementer sunt probata. Prodierunt enim typis publicis exscripta *Iustinianearum institutionum præcognita, dichotomica instit. iuris dispositio secundum tit. et §§, ordinem concinnata,*



*nata, ius feudale, oratoria iuridica, commentatio de libris iuris vniuersi, eodemque allegandi ratione, de abbreviaturis iureconsultorum:* quam denuo cum additionibus luci publicæ exposuit CHRISTIANVS WILDVOGELIVS, ICTUS IENENSIS; vt taceam *vniuersi codicis enarrationem* luculentam in lucubrationibus manu exaratis.

Deinde vt publice iuris dicendi copiam haberet, locus ei in *dicasterio Hallensi*, seu collegio Scabinorum, adsignatus est 1636. Enim vero amplissimus ciuitatis Hall. Senatus quum ægre ferret, gymnasium hac ratione priuari rectore follertissimo: patronorum voluntati obsecutus honores oblatos recusauit, nullum maius in re publica munus esse iudicans, quam bene formare iuuentutem.

Ceterum in hoc studiorum genere ita versatus est GVEINZIVS, vt pariter diuinarum rerum scientiæ vacaret: id quod tum in scholis suis publicis, tum scriptis subinde opusculis argumenti theologici ita planum fecit, vt de peritia eius theologica dubitaret nemo. Ex magno numero disputationum et prolusionum theologicarum testium loco produxisse sufficiat *librorum bibliorum analysin, diuitias euangelicas, delicias epistolicas, persecutionis directorum, exercitationes analyticas Aug. Conf. et Formula Concordiæ.* cet. Illis ergo suo iure adnumerandus est, qui legum et diuinarum et humanarum tabulas felici successu coniungere: quo nomine summos subinde viros inclaruisse non ignoramus. Itaque nemini mirum esse debet, quod anno 1646, h. e. muneris scholastici vadeuicissimo, numeraret XX millia discipulorum, quorum multi ad summos dignitatum gradus iam tum peruenerant.

Scripta eius quam plurima si recensere vellem: campum ingrederer, vnde vix referre pedem liceret e). Illud tamen tacitus prætermittere non possum, quod *leges scholasticas* a CAESARE primum conscriptas GVEINZIVS anno 1646 recognouerit, ac, sicubi opus fuit, emendarit f). Meruit et obtinuit etiam locum inter hymnopæos g).

Tandem viuere inter mortales desiit die *Christiani*, quod nominis gestit ipse, h. e. 3 April. 1650 h).

e) Vid. LVDOVICI l. c. P. II p. 47 sqq. et P. V. p. 343 sqq.

f) Conf. LVDOVICI l. c. P. V. p. 350 XVII.

g) Vid. DAN. SEIFFARTI *Del. melic.* Centur. I. p. 283, et NO. CASP. WETZELII *hymnopæogr. apb.* P. I. p. 358 sqq.

h) OLEAR. *Cæmet. Saxo. Hall.* p. 176.

Filios reliquit

1. IOANNEM CHRISTIANVM, ciuitatis Hall. consulem, Mansfeldiæ comitum a consiliis, feudorum Schwartzburgicorum in salinis Hall. administratorem, gymnasii inspectorem, Stipendiatorum ephorum, ecclesiæ ad S. Vdalrici collegii directorem, anno 1708 pie defunctum, sed beneficentiæ memoria in gymnasio nostro adhuc superstitem i).

2. CAROLVM AVGVSTVM, Actuarium primo prætorii Hal- lensis, post Administratoris Archiepisc. Magdeb. præfectum Wanslebiensem, deinde Elect. Brandenburg. præfectum Aluensleb. denique patricium ac Salinato- rem Hall., anno 1688 rebus humanis ereptum k).

In laudes Gueinzianas iam excurrere chartæ angustia prohibet: non possum tamen, quin IOACHIMI LEISTENII, Augustei apud Leucope- trenses quondam rectoris et professoris, præclarissimum de GVEIN- ZIO nostro iudicium adiiciam, quod in programmate fecit, quo IOANNIS OLEARII funus 1634 indixit, his verbis: *Sub magni illius GVEINZII ductu vnus anni spatium non modo vastissimum vtriusque phi- losophiæ pelagus feliciter tranauit (OLEARIUS), sed spatiosissimos etiam iurisprudentiæ et medicinæ campos ingressus est, eo successu, ut, cum perorando disputandoque cathedram scholasticam sæpius, nec sine applausu, animasset, dig- nus ab omnibus iudicatus fuerit, qui academicis studiis imbueretur l).*

GVEINZII successor fuit

XII. M. CHRISTIANVS FRIDERICVS FRANCKEN- STEIN, qui Lipsiæ natus 1621, d. 20 Aug. ibi solida eruditionis fundamenta iecit: sed belli, quo tum Germania omnis premebatur, calamitas omnem ei rem et fortunas abstulit. Deinde scholæ Nicolaitanæ in patria primum *collega tertius*, post ea *corrector et concionator sabbaticus*, simulque (vt LVDOVICI habet

j) Legauit in gratiam ægrotorum gymnasii discipulorum anno 1708, d. 3 April. X imperiales, quibus filius deinde ipsius, LEOPOLDVS CHRISTIANVS GVEINZIVS, Aduocatus, addidit LXXX, a. 1720, d. 26. Iul. vt C imperia- lium summam expleret: quem admodum huius frater, CHRISTIANVS AVGVSTVS GVEINZIVS, præfecturæ Sittigenbachiensis actuarius, pro conseruanda Musica gymnasio nostro itidem C imperiales iam ante donarat d. 30 Sept. 1719.

k) LVDOVICI l. c. P. V. p. 341.

l) add. PETRI IAENICHII encomium in LVDOVICI *hist. rect.* P. II. p. 45. et *programma nostrum elegiacum* occasione orationis vltimæ Gueinzianæ euulgatum anno 1737 in natal. gymn.

habet, m) *ordinis philosophici adessor*, et porro *decanus* constitutus est. Quæ tamen dignitas non obstitit, quo minus *gymnasiarchæ Hallensis* prouinciam sibi delatam fusciperet 1650, d. 5 Aug. Neque tamen diu Hallæ subsistit: sed bien- nio post, anno nimirum 1652 Lipsiam regressus, *latine linguæ et historiarum professor, electoralium alumnorum ephorus, academiæ decemuir et collegii Gelliani senior* factus est n). Obiit 1679, d. 1 Nouembr.

Edidit BENIAMINI PRIOLI *historiam gallicam cum notis et indice* vtilissimo, ac præter ea disputationes *de religione Romanorum*, ex GELLII lib. II. *Noct. Attic. c. XXVIII. de terræ motu*, ex eodem c. XXVIII. l. II. *Noct. Attic. de Epiante, seu incubo: de philostorgia: de antipathia nationum: de consule romano: de consiliario: de ratione exigendorum tributorum: de arario romano: de epistola Paulli ad Philemonem: de nouo anno: cet. iusta item anni- uersaria memoria* IO. GEORGII I *Electoris Saxonie* o).

Gratulatus est FRANCKENSTEINIO, quem *virum excellen- tissimum* vocat, IO. GOTHFR. HERRICHIVS, gymnasii Hallensis sub GVEINZIO rectore alumnus, et AHASVERI FRITSCHII, magni illius I Cui et Cancellarii, condiscipulus p); gratulatus est, inquam, FRANCKEN- STEINIO, ad munus rectoris gymnasii Hall. vocato, HERRICHIVS tum græce, tum latine in *poematis græcis et latinis cum præfatione* IO. ALB. FA- BRICII editis Hamburgi 1717, 8 q).

In FRANCKENSTEINII locum subrogatus est

XIII. M. FRIDERICVS CAHLENSVS, Glauchensis, poeta laureatus Cæsareus, gymnasii Hallensis antea conrector: qui vbi ab anno 1652 vsque ad 1659 scholæ Hallensis fasces tenuisset r), post ea rector Curiensis anno 1660 factus, tribusque post annis, nimir. 1663 vita functus est. Filium habuit su- perstitem M. FRIDERICVM CAHLENVVM, qui primum pädago- giarcha et professor Coburgensis 1689, deinde senatus ecclesiastici apud Cothe- nenses adessor constitutus est s).

m) l. c. p. 66.

n) Vid. FRID. CASP. HAGEN *memor. philosop. cet. dec. I. pag. 58-69.* et adde BVDDI *allgemeines Hist. Lexicon*, voc. Frankenstein.

o) WITTE *diar. biograph.* Tom. I. ad annum 1679, 1 Nou. HAGEN l. c. p. 68.

p) Quod grate recordatur in dedicatione græcorum tetrastichorum AHASVERO inscripta.

q) p. 355 et 457.

r) OLEAR. *Halygr.* p. 451.

s) Vid. LVDOVICI l. c. P. II. p. 67. et p. 309.

De poesi rectoris CAHLENI germanica ita iudicat NEVMEISTERVS in *specim. dissert. historico-critica de poetis germanicis* c): *Siluestrem tenui musam meditatur auena - - - Vineta FLEMINGI cum primis cadere audet, sed ausu impari. In carminibus fere singulis nititur omnis et sententia laborat.* Sed benigniores erimus iudices, si primo bene distinguamus tempora: quippe CAHLENI ætate incultior iacuit poesis germanica, quam hac nostra. Deinde non in vniuersum ex vno alteroue versu statuendum est de omnibus: quando quidem boni sunt mixti malis, e. g. in *Sabbato poetico* p. 147. et alibi. Denique si inter summos poetas tenere locum nequeat CAHLENS: occupet medium, nec ad infimum deturbetur.

Septenarium hunc alterum claudat

XIIII. VALENTINVS BERGERVS, Ordruvio - Thuringus, qui antea illustris Ruthenei conrector, post gymnasii Hallensis rector 1659, d. 12 Ianuar. vocatus, ac deinceps d. 23 Febr. inauguratus est u). Contigit illi rara ista felicitas, sæcularem vt memoriam gymnasii Hallensis primam anno 1665, die 17 Aug. maxima sollempnitate celebraret x). Mortuus est d. 22 Maii 1675 y). Filios reliquit ad summum honorum ac dignitatum culmen in aulis potentissimorum principum euectos: de quibus, itemque de eruditione ipsius, et in gymnasium meritis, fortassis alias fusius exponam.

Iam breuiter adhuc significandum mihi est, quibus orationibus nouos noui anni labores alumni nostri sint auspicaturi. Scilicet

IOANNES CHRISTIANVS KESSLER, Holdenstadio Saxo, *de Calendarum Ianuariarum apud veteres Romanos sollempnitate, oratione latina* dicet.

IOANNES FRIDERICVS ANDREAE, Neuhaltenlebia Magdeb. *Strenam PACEM* offeret, versibus germanicis.

Ad quos beneuole audiendos vt MAECENATES ac PATRONI, ceterique scholarum ac bonarum artium FAVTORES crastina luce, hora II pomeridiana frequentes conueniant, præsentiaque sua honoratissima ad præclara quæque nitendi studium tironum nostrorum incendant atque augeant, summo opere rogamus atque contendimus.

t) pag. 21.

u) OLEAR. *Halygr.* p. 470.

x) Vid. *Zallsches Schuljubelfest.*

y) *Halygraph. continuat.* p. 116.

---

P. P. Hallæ Magd, D. vi. Ianuar. cIo Io cc xxxxvi.

AD  
ORATIONES  
SOLLEMNES

DIE VIII IANVARIII  
C1010CCXXXVII

IN  
GYMNASIO HALLENSI  
AVDIENDAS  
PATRONOS AC FAVTORES  
LITTERARVM

OBSERVANTISSIME INVITAT

PRAEMISSA

RECTORVM BIGA

IOANNES MICHAEL GASSER, SVINFVRT.

GYMNASII HALL. RECTOR.

---

HALLAE SALICAE

TYPIS IOAN. FRIDER. GRVNERTI ACAD. ET SENAT. TYPOGR.

**S**i, quanto quisque utramque fortunam æquiore fert animo, tanto sapientior merito censetur: dubitari non potest, quin eo maiorem sapientiæ laudem mereatur vir, cuius vitam nunc exponere ingredior, incomparabilis, quo moderatius tam summum gymnasii Hallensis florem, quam subsecutas eius ruinas adspexit. Fuit is

XV. M. IOANNES PRAETORIVS, IOANNIS filius, Quedlinburgensis: qui lucem hanc vidit d. 27 Ian. 1634. Pater eius, illustris Quedlei rector, tanto cum plausu bonas litteras docuit, ut numerum discipulorum septem classes iam non caperent amplius, et octauus collega esset cooptandus a). Mirum proinde non est, nostrum tam faustis penetralibus natum atque educatum coniuncta mox patris et collegarum opera ita in gymnasio patrio adoleuisse, ut, depositis præclare tirociniis, ad academias ablegari posset.

*Vitembergam* primum, aliam studiorum matrem, elegit: vbi cum philosophia theologiam felicissime coniunxit. Deinde *Ienam* digressus non strenue modo perexit in utroque, quod ingressus erat, studio: sed mathematicas etiam disciplinas ERHARDO WEIGELIO duce, ac quanto viro! adiunxit. Sub hoc magistro μαθηματικότητω, et ipso quondam GVEINZII discipulo, tantos progressus fecit PRAETORIVS, ut non dignus modo existimaretur laurea philosophica, qua CLOCLX ornatus, et non multo post in *philosophorum ordinem* adscriptus est, verum etiam ut *collegii artis consultorum*, quod tum EUCLIDIO deligeretur b). Ordini igitur philosophico adiunctus quum esset: id sibi datum credidit, ut apertis publice scholis cum docendo, tum disputando studiosæ iuuentuti prodesset.

Quo in munere quum industriam, fidem dexteritatemque eximiam probasset æquis et peritis rerum æstimatoribus: factum est, ut ab serenissimo Saxoniae Duce, ERNESTO, *principalium liberorum institutio*, simulque in *gymnasio illustri Gothano*, eiusque *classe selecta*, mathematica docendi prouincia ei mandaretur.

Etiam

a) LVDOVIC. *bist. rector*. Tom. II. p. 280.

b) Membra præcipua erant IO. HEVELIVS, æni sui Atlas, ERHARDVS WEIGELIVS, D. IOAN. MAGIRVS, Prof. Mathes. Marburg. ANDREAS CONCIVS, Prof. Mathes. Regiomont. L. MICH. WALTHERVS, D. REYHER, FRID. NITHIVS, D. WAGESINIVS, CHRISTOPH. PFAVZIVS, STVRMIVS, CHRISTIAN. ANDR. VINOLD, IVLIVS REICHELTVS, D. PETRVS MEGERLIN, IO. HENR. VOIGT, PRAETORIVS, Reçt. gymnas. Hall. in Saxonia. Vid. ZEVMERVS in *vitis Profess. Ienens.* p. 108.

Etiam hanc spartam ubi ornasset egregie: ab *Susatinis* ad moderandas et regendas gymnasii sui habenas accitus paruit, septimumque annum omni boni rectoris officio satisfecit.

Tanti viri fama, qua exteris notus erat, permouit venerabile SCHOLARCHARVM collegium, de nouo rectore querendo sollicitum, vt per litteras PRAETORIVM humanissime Hallam arcesserent anno 1675, eumque tam disputando subtiliter, quam proposita discipulis graeca et latina, tum prorsa, tum vorsa oratione exercitia adcurate emendando, cognitum ac probatum cunctisque suffragiis electum nobilissimo atque amplissimo SENATVI non sine eximia ac merita laudis testificatione commendarent. Igitur SENATVS voluntate ac decreto publice ad capessendos *Hallensis gymnasii* fascies vocatus, die 10 Nouembr. ritu sollempni, nimirum tum concione sacra ad populum in aede scholastica ab D. GODOFR. OLEARIO, pastore ad B. V. ecclesiae superintendente et scholarcha, habita, tum in auditorio maiori syndici et scholarchae, D. ADAMI CORTREII, et noui rectoris PRAETORII, conrectoris item M. IOANNIS MARCI, ac primi denique supremae classis discipuli orationibus recitatis, more maiorum inauguratus est.

Quum in primis pulcrum atque honestum sit, ab iis viris laudari, qui ipsi in laude viuunt aut vixerunt: nihil profecto illo SENATVS amplissimi, quo PRAETORIVM suum ornauit, testimonio praeclearius dici aut cogitari potest. Ita enim in publico *programme*, quo designati rectoris introductionem indicit, SENATVS, *Xenitadem*, inquit, *Corinthi ciuem*, *Diogene intra aedes recepto ac liberis suis praefecto, perbibuisse, memoria proditum est: BONVS GENIVS HODIE DOMVM MEAM INGRESSVS!* Idem et patres nostri familias adserant, denuntient, exclament, quum exploratum nunc habeant, *permittere se gymnasium nostrum rectori, cuius scientia pietatem ac probitatem in societatem sibi adsciscit.*

Neque vero SENATVI solum carus fuit PRAETORIVS, verum etiam serenissimo Duci AVGVSTO, Administratori, neque huic modo, sed potentissimo quoque deinceps FRIDERICO WILHELMO Magno, principi Electori: quippe qui ingenio et laboribus eius mirifice sunt delectati.

Tanta igitur quum apud principes gratia, tanta apud priuatos quousis auctoritate valeret: mirum non est, si magnus vndique discipulorum numerus ad eum audiendum confluit.

Iamque gymnasii fortuna, quo adscenderet, non habebat: sed, ut sunt res mortalium, insignem hanc felicitatem atrox insecuta mox est calamitas. Finitimæ enim regiones quum *gravi pestilentia* confligaretur; idque malum in dies latius serperet, atque viciniam nostram terreret: discipulorum bonam partem contagionis metus abstulit ac dissipavit; ipsius autem mali aduentum desertum plane gymnasium Hallense reddidit. Claudii igitur necesse fuit inde ab Julio anni 1682 vsque ad diem 25 Martii 1683: quo tempore præter multos discipulos e gymnasii collegis SALBACHIVS, conrector; KISLINGIVS, quintus; PASTOCHIVS, nonus, peste absumti, ESCHKE, sextus, alio morbo exstinctus est. Halla peste liberata, incredibilis est, quam celeriter schola PRAETORII refluoruit: plane ut ab ipso ferro vires roburque summissis videretur. Mansit iste flos vsque ad ACADEMIAE initia, quæ PRAETORIO quidem dignitatis incrementum c), gymnasio autem decrementum ac vastitatem adferebant. Ut enim taceam, amissa discipulorum hospitia, traditis studiosis, scholæque publicæ subductos liberos, iuuentutem scholasticam, feuerioris disciplinæ pertasam, ad spem libertatis excitatam, aliaque innumera mala in scholam redundantia d); ut igitur, inquam, hæc omnia omittam: ipsi PRAETORIO multo grauior tempestas incubuit.

Quum enim de *templo scholastico* certaretur, academicis vsum eius simultaneum postulantes, SENATV vero abnuente, et solitariae possessionis ius sibi vindicante, et PRAETORIVS quædam argumenta, ab exercitiis declamatoriis ac disputatoriis in æde scholastica fieri solitis desumta, cum consensu SENATVS attulisset: adeo id moleste tulit THEOLOGVS quidam PRIMARIVS, ut coram REGIMINE ELECTORALI rectorem nostrum multorum criminum reum faceret. In accusatione enim  
sua

e) *Professio enim philosophia theoretica*, proposita 50 imperialium mercede, PRAETORIO nostro a potentissimo Electore anno 1691, d. 27 Aug. demandata, sed accepta non est. Vid. IO. PETRI A LVDEWIG Historie der Friedrichs-Universität Halle, p. 44. 45. n. 17A.\*

d) Testatur hoc recessus visitationis, public. d. 21 Ianuarii 1697. n. 21. „Weiln  
„der numerus alumnorum primæ et secundæ classis des gymnasii ex defectu li-  
„beralium hospitiorum auf gar wenige redigiret, wodurch aber dasselbige, nicht  
„ohne grossen Nachtheil gemeiner Stadt, mit der Zeit gar eingehen und ruiniret  
„werden dürfte: als soll der Rath dahin sich äusserst bemühen, die hospitia hin-  
„für so einrichten zu helfen, damit überwehntes Gymnasium, so lange Zeit mit  
„grossen Nutzen dieser Stadt im Flor gewesen, auch ferner zur Ehre Gottes in  
„gutem Esse erhalten werden möchte.“



ſua vbi queſtus eſſet, in ſpeciem tantum programmata quædam ab reſtore proferri ad confirmandam exercitorum oratoriorum in templo ſcholæſtico poſſeſſionem, addit, vltro ſe lacceſſi ab eo, quem ne verbo quidem vniquam læſiſſet, inimicum contra ſe venire nulla ſua culpa aut merito, in ſcholis eius quotidie conuiciis et criminationibus peti ſe et maledictis lacerari malitioſe, concionem ſuam primam pro deridiculo et delectamento habuiſſe, occupationem templi inuacionis nomine adpellatſe, reſcripta Electoris potentiffimi iniuſtitiæ poſtulatſe, idque per ſyllogiſmos, SPIRITVS S. nomen per ludibrium contumelioſe obtrectatſe, in diſcipulos academiã Halenſem adire volentes acriter inuectum, immo diras illis imprecatum eſſe, e furore anabaptiſtico turbas iſtas exſiſtere, euerſa religione Lutherana nouam in templo gymnaſii cudi, illuminationibus confidere ac reuelationibus *turbatas*, ſpiritum incognitum impellere illos, vt nonum ac decimum præceptum violarent, notæ ſectæ addictos doctrinæ ſuæ principia ab ancilla Erffurtenſi hauſiſſe, palam diſſitatſe, atque alia multa, quæ adponere et piget, et pudet, et pœnitent e). Prouocatus igitur PRAETORIVS primo querela, vt par erat, ad SENATVM f), deinde ad ipſum REGIMEN ELECTORALE delata, petiit, vt dicere ſibi cauſam, quod adhuc negatum erat, liceret, accuſator vero produciſ testibus obiecta crimina plana faceret, cet.

Refertur ad PRINCIPEM, qui reſcripſit, placere ſibi, litem per arbitros amice componi, qui ferrent vtrique parti conditiones, atque ad pacem et concordiam hortarentur g). Tentata eſt compositio: ſed fruſtra, neutro cedente. Neglecta diu iacuit iſta controuerſia, veluti flamma male ſopita, quæ in maius incendium vel leui aura ſpirante exſurgit. Anno enim 1693 d. 18 Octobr. denuo reſuſcitabat rector controuerſiam: orat atque obſecrat iudices, vt cogant accuſatorem pluribus exponere, quibus verbis et quomodo ipſe SPIRITVI S. conuicium fecerit: docet, ipſorum in primis, vt pote quibus ſuprema gymnaſii inſpectio commiſſa ſit, intereſſe, iudicium eius rei certum exſtare, ſcire, cui viro gymnaſii cura concredita ſit, cet. Aduerſarius iterum iudicium ſuum deſerit, ad *reſcriptum* ELECTORIS *ſpeciale* prouocans. Porro inſtat iudicium declinanti PRAETORIVS: decretum ſit, æquum videri, vt in cauſam deſcendat pars aduerſa h). Sed

H 3

quum

- e) Vid. *acta MSCRta.*  
 f) d. 16 Jun. 1692.  
 g) d. 27 Nou. 1692.  
 h) d. 1 Decembr. 1693.

quum eo adduci non posset, vt congregeretur: factum est tandem post tot rerum discrimina, vt nouo ferenissimi ELECTORIS *edicto* lis ista tam odiosa ac perniciosa aboleretur i).

*Sic motus animorum atque haec certamina tanta  
Pulueris exigui iactu compressa quiescunt k).*

Tantane, inquis, animis caelestibus ira? Tantæ, si delatoribus semel aurem præbuerint: qui quo rectiores sunt, eo securius decipiunt. Homines enim sunt viri etiam sanctissimi, a quibus nihil humani alienum. Fuit profecto THEOLOGVS ille, de quo sermo est, vir innocens, probus, mitis etiam, et placidus: fuit etiam PRAETORIVS antiqui vir officii, æquus, mansuetus et comis; sed vterque paullo pertinacior. Quam pulcre inter eos conuenisset, nisi calida *aliorum* consilia facem incendio subdidissent. Interim dolendum est, propter discordiam dissensionemque magnorum virorum periculum saepe creari posteris, quorum non aliud peccatum est, quam quod in priorum locum successere. Manant adhuc ex illo fonte dolores.

Ceterum PRAETORIVS iam quinquagenario maior matrimonio sibi iunxit anno 1689, d. 10 Septembr. virginem verecundam, ANNAM CATHARINAM, SAMVELIS MYLII, cantoris et collegæ gymnasii Merseburgensis, filiam: quam primo puerperio anno 1690, d. 25 Aug. amisit, nulla sobole superstite.

Tandem triginta fere annorum laboribus in gymnasio nostro exantlatis, placide obiit 1705, d. 21 Febr. postquam vixisset annos 71, tres hebdomad. 4 dies.

De *scriptis* eius vid. LVDOVICI *hist. rector.* l).

Agmen denique claudat

XVI. M. IOANNES IAENICHIVS, Camentia Lusatorum natus anno 1659, die 29 Septembr. qui in fastis Michaeli sacer est. Patrem habuit IOANNEM IAENICHIVM, pannorum tenuiorum commercia facientem: matrem IVSTINAM FICHTNERIAM. Destina-  
verat

i) d. 6 Mart. 1694.

k) VIRGIL. *Georg.* III. v. 86. 87.

l) P. II. p. 70. n. 2.

verat eum pater ad opificium aliquod: matri autem nihil magis in votis erat, quam ut litterarum studiis sese daret erectæ indolis filius.

Igitur scholæ patriæ traditus, auspiciis rectoris M. TOBIAE FREYGANG cum in latinitate, tum studio oratorio ac poetico cet. tam laudabiles fecit progressus, ut anno 1678 *Vitembergensem academiam* cum fructu adire potuerit. Frequentavit non celeberrimorum modo theologorum, CALOVII, DEVTSCHMANNI, DASSOVII, scholas: verum etiam philosophos diligenter audiuit; a quibus anno 1683 laurea philosophica donari meruit.

E Vitembergensi academia consuli Hallensi, FRIDERICO ERNESTO KNORRIO, per litteras commendatus Hallam venit, hicque prædicti KNORRII et aliorum liberos tam pietate christiana, quam litteris elegantioribus imbuat. Quæ institutio quum parentum votis responderet: factum est, ut anno 1683 *quartæ classis* gymnasii Hallensis, ac decennio post, anno nimirum 1693, *tertiæ* præficeretur.

Mortuo PRAETORIO quum M. ISRAEL FINCKIVS, conrector, nec per se petisset vacuam rectoris provinciã, nec ab aliis commendatus esset, aliaque omnia citius futura sperasset, quam ut tertix classis præceptor sibi præferretur, externo alicui facile cessurus: tam indigne postea tulit fasces scholæ IAENICHIO traditos, ut non nisi pacta 50 imperialium mercede annua, et IAENICHII salario decerpta, adquiesceret. Quam IAENICHII iacturam ut quodam modo pensarent gymnasii scholarchæ; præter alia *legatum* quoque *Zangianum* pro solatio illi fruendum dedere.

Itaque in locum defuncti rectoris PRAETORII subrogatus IAENICHIVS, et d. 16 Aprilis 1705 sollempni ritu inauguratus est.

Anno 1723 hemiplexia correptus, ab imbecillitate se refecit quidem eatenus, ut ad consuetos labores redire posset: sensit tamen ex illo tempore magnam virium debilitatem; donec 1731 in examine verno ita eum animus reliquit, ut telam cœptam pertexere non valuerit. Nihilo tamen minus, viribus utcumque recolectis, discipulos ad miram paucitatem redactos in museo suo instituere non destitit, *imperatorem stantem mori oportere* discitans. Tandem post multa aduersa atque aspera bene preparatum et non nisi cælestia meditantem spiritum placida beataque corporis morte deo reddidit, d. 10 Octobr. 1732.

In matrimonio habuit ROSINAM ELISABETAM ELLENBERGERIAM anno 1686: quæ anno 1715 d. 6 Febr. defuncta quattuor filias, duoque filios superstites reliquit. Filiorum natu maior, IOANNES AVGVSTVS, pastor Hundisburgensis, anno proxime præterito, minor  
autem,

autem, IOANNES GOTTHILF, celsissimi Marggraffi Brandenburgensis, CHRISTIANI LVDOVICI, secretarius, annis aliquot ante fratris e vita discessum fato perfunctus est.

Præter *programmata* quamplurima librum edidit *de elocutione poetica*, lingua vernacula conscriptum m), dignumque visum cuidam conrectori, quem tantum non totum exscriberet atque ederet pro suo. Eualguit etiam vtilissimum *de variatione stili latini* libellum, Lipsiæ sæpius recusum.

Iam ad nostros eloquentiæ tirones progrediendum mihi est, qui orationes anniuersarias more maiorum publice recitabunt. Scilicet

CHRISTOPHORVS FRIDERICVS DEISNER, Hallensis,  
*de Aesculapio et Hygea diis Φιλανθερώποις*  
oratione latina dicet, et

HENRICVS WILHELMVS CHRISTINNECKE, Hallensis,  
*Christum medicum Aesculapio præstantiorem*  
sistet carmine germanico.

Quos vt die crastino *hora a meridie secunda* in classe prima beneuole audire, præsentiaque sua gymnasio nostro splendorem addere dignentur scholæ nostræ PATRONI atque EPHORI, et quotquot litterarum amant studia: maiorem in modum rogo atque contendo.

m) Cui præfixus est titulus: *Gründliche Anleitung zur Poetischen Elocution, die man bey teutschen Versen gebrauchen muß*, Lips. 1707. 8.

---

P. P. die VIII Ianuarii, c1010ccxxxvii.







Pon Y6 3644

ULB Halle


3

004 355 695




nc









AD  
**NATALEM**  
**GYMNASII HALLENSIS**  
**CLXXVIII**

DIE XXVIII AVGVSTI  
HORA II POMERIDIANA

IN AVDITORIO MAIORI  
CELEBRANDVM  
PATRONOS AC FAVTORES LITTERARVM

EA  
QVA PAR EST  
HVMANITATE ATQVE OBSERVANTIA  
INVITAT

PRAEMISSA  
RECTORVM HALLENSIVM POST  
EMENDATIONEM SACRORVM ANTE  
GYMNASIVM CONDITVM  
HISTORIA

IO. MICH. GASSER, SVINFVRTENSIS,  
GYMN. HALL. RECTOR.

---

HALLAE SALICAE  
TYPIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI  
ACAD. ET SENAT. TYPOGR.